IPsum autem quotupliciter negociandum est, non solùm quæcunque dicuntur secundum alium modum, sed & rationes eorum tentandum assignare, vt non solum quod bonum alio quidem modo dicitur iustitia, & fortitudo, habile autem, & salubre, sed quòd & illa quidem eo quòd ipsa qualia quædam sunt, hæc autem eo quòd effectiua alicuius, & non eo quod qualia quędam sunt: similiter autem & in alijs. Vtrum autem multipliciter, aut vno modo specie dicitur, per hęc considerandum. Primum quidem in contrario perspiciendum, si multipliciter dicitur siue specie, siue nomine dissonet. Quędam.n.statim & nominibus alia sunt: vt acuto in voce contrarium est graue, in magnitudine autem obtusum: patet igitur, quod contrarium acuto multipliciter dicitur: si autem hoc, & acutum. Nam secundum vtrunque horum aliud erat contrarium: non enim idem acutum erit obtuso, & graui contrarium, vtrique autem acutum contrarium. Rursum graui voce quidem contrarium acutum, magnitudine autem leue: quare multipliciter graue dicitur, eo quod & contrarium. Similiter autem & pulchro, & quidem quod in animali turpe: ei vero, quod est in domo, perniciosum: quare æquiuocum pulchrum. In quibusdam autem nominibus quidem nullo modo dissonat, specie autem manifesta in eis statim differentia est, vt in claro, & obscuro: vox enim clara, & obscura dicitur. Similiter autem & color. Ergo nominibus quidem nihil dissonant, specie autem manifesta in eis statim differentia est: non.n.similiter & color clarus dicitur, & vox clara: manifestum autem id est, & per sensum: nam eorum, quæ eadem sunt specie, idem sensus: at clarum, quod est in voce, & in colore, nō eodem sensu iudicamus, sed hoc quidem visu, illud autem auditu. Similiter autem & acutum, & obtusum in humoribus, & in magnitudinibus. sed hoc quidem tactu, illud autem gustu. Nam neque hæc dissonant nominibus, neque in seipsis, neque in contrarijs: obtusum enim est contrarium vtrique. Amplius, si huic quidem est aliquid contrarium, illi autem simpliciter nihil: vt ei, quæ est à potu delectationi, ea, quæ est à siti tristitia', contrarium: ei autem, quæ est ab eo quod est considerare, quod diameter est costæ incommensurabilis, nihil: quare multipliciter delectatio dicitur. Et ei quidem quæ est secundum mentem amare, odisse contrarium est: ei autem quæ est secundum corporalem actum, nihil: manifestum ergo quoniam amare æquiuocum. Præterea in medijs. Si huic quidem est aliquid medium, illi autem nihil. Aut si vtrisque quidem est, non idem autem: vt clari, & obscuri in coloribus quidem aliquid est mediū,

A modo contrariorum.

B

C

Locus ab ijs, in quibus reperitur alterum contrarium.

Locus à medijs tertius.

D fuſcum, in voce autem nihil. Aut ſi forte raucum, quemadmodum quidam dicunt raucam vocem, mediũ eſſe: quare ęquiuocũ clarum: ſimiliter & obſcurum. Inſuper ſi horũ quidem plura media, illorum autem vnũ, vt in claro & obſcuro. Nam in coloribus plura media, in voce autem vnũ, raucum. Rurſum in eo quod ſecundum contradictionem opponitur conſiderandum: ſi multipliciter dicitur. Nam ſi hoc multipliciter dicitur, & quod huic opponitur multipliciter dicetur. Vt non videre multipliciter dicitur, vnum quidem non habere viſum, alterum autem non operari viſu. Si autem hoc multipliciter dicitur, neceſſarium eſt & videre multipliciter dici, vtrique enim non videre opponitur: vt ei quidem, quod eſt non habere viſum, habere: illi autem quod non eſt operari viſu, operari. Amplius, in his quæ ſecundum priuationem, & habitum dicuntur, perſpiciendum. Si enim alterum multipliciter dicitur, & reliquum: vt ſi ſenſibile multipliciter di-

A priuatione & habitu.

E citur, & ſecundum animam & corpus, & inſenſibile multipliciter dicetur, & ſm animam & corpus. Quòd autem ſm priuationem & habitum opponuntur, quæ dicta ſunt manifeſtum: eo ꝙ nata ſint vtrunq; ſenſum habere animalia, & ſecundum animam, & ſecundum corpus. Amplius autem in caſibus conſiderandum. Nam ſi iuſte multipliciter dicitur, & iuſtum multipliciter dicetur: ſecundum vtrunque enim iuſtorum eſt iuſtum: [illegible] iuſte dicitur, & ſecundum ſui cognitionem iudicare, & vt oportet: ſimiliter & iuſtum. Eodem autem modo & ſi ſalubre multipliciter dicitur, & ſalubriter multipliciter dicetur. vt ſi ſalubre dicitur hoc quidem ſanitatis effectiuum, illud autem conſeruatiuum, quoddã vero ſignificatiuũ: & ſalubriter vel effectiue, vel conſeruatiue, vel ſignificatiue dicet̃. Similiter autẽ & in alijs,

A caſibus

F qñ ipſum multipliciter dictum fuerit, & caſus ab eo multipliciter dicetur: & ſi caſus, & ipſum. Conſideranda autem & genera ſm nomen p̃dicationum, ſi eadem ſint nominibus. Nã ſi nõ eadẽ, manifeſtum eſt, qm̃ æquiuocum eſt qđ dr̃: vt bonum in cibis quidẽ effectiuum eſt voluptatis, in medicina aũt effectiuũ ſanitatis, in anima vero qualẽ eſſe: vt caſtã vel fortẽ, vel iuſtam: ſilr̃ aũt & in homine, aliquoties autem & qñ, vt in tempore bonũ (bonum.n. dicitur in tempore) plerunq; aũt quantum in mediocri (dicitur em̃ & mediocre bonum) quare æquiuocum bonum. Similiter aũt & candidũ: in corpore quidẽ color, in voce autem bene audibile. Similiter aũt & acutum: non.n. ſimiliter idem in omnibus dicitur: nam vox acuta quidem velox (ſicut dicunt, qui ſecundum numeros harmonici ſunt) angulus autem acutus, qui minor ẽ recto: gladius

gladius vero, qui est anguli acuti. Considerãda etiã & genera eorum, quæ sunt sub eodem noīe, si diuersa, & non subalterna sunt: vt equus, hoc aũt animal, & hoc vas: diuersa enim, quæ ſm nomẽ est horũ ratio: nam hoc quidẽ aīal, quid significat, illud vero vas, quale quid. Si aũt subalterna sint genera, non necessariũ diuersas esse rõnes: vt corui animal, & auis genus est: qñ autem coruum dicimus auem esse & aīal, quid dicimus eundẽ esse: quare vtraq; genera de eodem prædicantur. Similiter aũt & qñ animal volatile bipes coruum dicimus: dicimus aũt eandem esse: & sic ergo vtraq; genera de coruo prædicantẽ, & ratio eorũ. In non subalternis generibus non accidit hoc: neq; enim qñ vas dicimus, animal dicimus: neq; qñ animal, vas. Considerãdum aũt non solum si in proposito diuersa sunt genera, & non subalterna: sed & in contrario. Si enim contrariũ multipliciter dr̃, manifestum qm̃ & propositũ. Vtile autem ad definitionẽ inspicere, quæ de cõposito fit: vt candidi corporis, & candidæ vocis: nam sublato proprio, eãdem rõnem oportet relinqui. Hoc aũt non accidit in æquiuocis, vt in ĳs quæ nũc dicta sunt: nam hoc quidẽ erit corpus habẽs talem colorẽ, illud aũt vox bene audibilis: sublato igiẽ corpore, & voce, nõ idem in vtraq; relinquitur: at oportet si vniuocũ esset candidum, quod in vtraq; dr̃ esse idem. Sæpe aũt & in ipsis definitionibus latet assequens æquiuocum: quapropter & in definitione cõsiderandũ, vt si quis significatiuum, vel effectiuum sanitatis, q moderate se habet ad sanitatem, dicat esse, non refutandũ: sed inspiciendũ quid moderate quidem ſm vtrũq; dixit: vt si hoc quidẽ tale significat, vt facere sanitatem, illud aũt tale, vt significare qualis quidẽ sit habitus. Adhuc si non cõparabilia sunt ſm magis, & minus, vel silr̃: vt clara vox, clara vestis: & acutus humor, & acuta vox: hæc enim neq; silr̃ dicunẽ clara, vel acuta, neq; magis alterũ: quare ęquiuocum clarũ, et acutũ: nam vniuocum omne, comparabile: aut. n. silr̃ dicetur, aut magis alterũ. Quoniam aũt diuersorum generum, & non subalternatim positorũ diuersæ spẽs sunt, & drĩæ, vt animalis, & scientiæ (diuersæ enim horum drĩæ) considerandum, si quæ sub eodẽ sunt noīe diuersorum generum, & non subalternorũ diuersæ drĩę sint, vt acutũ vocis, & magnitudinis: differt enim vox à voce, eo quod acuta sit: silr̃ & magnitudo à magnitudine: quare æquiuocũ acutum: diuersorum. n. generum, & non subalternorum diuersæ differẽtiæ sunt. Rursum si eorũdem, quæ sunt sub eodẽ nomine, diuersæ drĩæ sunt: vt coloris qui est in corporibus, & in melodĳs. Nam eius, qui est in corporibus, congregatiuũ, & disgregatiuum visus: eius vero, qui in melodĳs, non eædẽ drĩæ: quare æquiuocũ color. Nam

A — A pōne generũ.

B

C — Locus à comparatione significatorum.

Idem In antepræ dicamentis cap 4. A differẽtia.

G nam eorundem eædem differentiæ. Amplius, qm̄ species nullius K
est differentia, inspicere oportet, si eorum, quæ sub eodem sunt nomine, hoc quidem species est, illud autem differentia: vt clarum, quod in corpore quidem, species coloris, quod autem in voce, differentia. Differt enim vox à voce, eo ꝙ clara sit. De eo igitur, quod multipliciter dicitur, per hęc, & huiusmodi perspiciendum.

Color in melodijs, q & chirome, est cū tetrachorda ꝓcedūt per duo hemitonia, & trihemitoniū. Id autem ex musicis.

Sermo de Multiplicis, seu Aequiuoci distinctione, quod est secundum instrumentum. Cap. 13.

ABRAM

AD potestatē vero distinguendi nomen æquiuocum Arist. tradidit quindecim regulas. Quædam sunt, quæ sumuntur ab essentia rei, & illæ sunt quæ sumunť ab
H illius definitione, & ab eius genere, eiusq; differentia. Et quędam sunt, quæ sumuntur ab ipsa re, quę extra est, & sunt illæ, quæ sumuntur ab ipsis rem recipientibus & à comparationibus & à similitudinib⁹, & incœpit & tradidit cõtrariorum quin[illegible]m regulas. Prima regula est, quòd consideremus contrarium illarum rerum, de quibus dicitur nomen, quoniam si huius cõtrarium nomen occurrat de singulis nominis æquiuocatione, illud nomen dicitur nomē æquiuocatione: hoc autem nobis ostenditur duobus mo-
I dis, quorum vnus est, quòd illis contrarijs non sit vnum nomen, sed nomina diuersa. Verbi g. quia acuitas significat dispositionem cultri, & dispositionem vocis, quādo autem velimus scire, an quod significat in vno sit aliud ab eo, quod significat in altero, primo consideramus nomen contrarij in vtroque illorum, sicque in voce inuenimus grauitatem, & in cultro inuenimus grossitiem, sicque scimus acutiei nomen esse illis æquiuocum.

Secūdus

MANTINVS

AD adipiscendam aūt facultatē distinguendi nomē ęquiuocum, Arist. tradidit quindecim Regulas, quarū quędam sumuntur ex substātia rei, & sunt illę, quę sumun- L
tur ex ipsa diffinitione rei & ex eius genere, & ex eius dr̄ia: quędam vero sumuntur à rebus extrinsecis, & sūt quidem res, quę sumuntur ex oppositis ipsius rei, & ex cõparatione, & ex similitudinib⁹. Incępit aūt Arist. dare quinq; regulas, seu locos, quæ sumuntur ab ipsis contrarijs. Prima ergo regula est, vt consideremus cõtrarium illarū rerū, de quibus illud nomen dr̄: nam, si nomen illius contrarij dicať de singula earum æquiuoce, tūc illud nomen diciť de illis rebus ęquiuoce. hoc tñ bifariā innotescit nobis: primo quidē modo vt M
si illa contraria non habeant vnicū nomen, sed noīa varia & distincta. exempli gratia hoc nomen acutū, quod quidē significat aliqd in gladio & aliquid in voce. & cū voluerimus scire, vtrū id quod significatur in vno illorū, sit diuersum ab eo qđ significať in alio, tunc cõsiderare debem⁹ primo nomē ipsius cõtrarij in singulo eorum, & tūc inueniemus contrarium eius in voce esse graue, & ī gladio obtusum. & sic scim⁹ hoc nomen acutum esse eis æquiuocū.

Secūdo

ABRAM

A Secundus aũt modus est, ꝙ cõsideremus dispositioné ipsorummet cõtrariorũ, quo ẽt indigemus, qñ fuerit vnũ nomen, gratia exempli vox clara, & aqua clara, qñ cõsideramus illius contrarium, inuenimus vnũ nomé, quod est turbidum: qñ vero inspicimus turbulentiam aquæ, inuenimus illã quãdam rem, quę accidit ei ẜm visum: turbulẽtia vero vocis est res, quæ ẜm auditũ euenit, & scimus ꝙ claritudo est nomen ęquiuocum. Capitur auté iuuamen per hanc regulam, qñ huius distinctio B in cõtrario fuerit notior q̃ illius distinctio in rebus, in quibus primo quærebamus cognitioné nominis æquiuoci, prout per primam regulam recipiebatur iuuamen, qñ contrariorum nomina erunt diuersa.

Tertia regula est, ꝙ consideremus ambas res ex quib⁹ capiebatur indicium de noĩe, quia si vni illarũ fuerit contrarium, & non fuerit alteri, scimus ꝙ nomé est æquiuocũ, sicut est oblectamẽtũ, quod euenit ob laborem, & ob aquę potũ: vnius enim est contrarium, quod est ipsa sitis, alterius vero non est aliquid contrarium. Quarta autem regula est, ꝙ C cõsideremus res, quas significat nomen ipsum cõtrariũ: quia si vni sit cõtrarium immediatum, alteri auté mediatum, nomen est ęquiuocum. Verbi gratia, dulcis sermo, & dulcis sapor, qm̃ inter dulcedinem, & amaritudinem sermonis nõ est mediũ, inter saporis vero dulcediné, & amaritudinem est medium, vt salsedo & cæteri sapores. Quinta regula est, ꝙ vnius rerũ sit contrarium, inter quas sit vnũ mediũ, alterius aũt sit cõtrariũ, ĩter quas sint plura media.

Sexta

MANTINVS

Secũdo modo vt dignoscamus significatũ ipsorũmet contrariorũ, & D hoc ẽt est nobis necessariũ scire, qñ vnum tm̃ fuerit nomen. exẽpli causa vox clara, aqua clara. nã si quęramus cõtraria horũ, inueniemus ea habere vnũ nomé, nempe turbulentia: sed, cũ cõsideramus turbulentiã in aqua, inuenimus eã eẽ quid accidens ei in visu. Turbulentia vero in voce est quid accidẽs in ipso auditu, & sic nouimus hoc nomé, s. clarum esse æquiuocũ. Hęc aũt secunda Regula est vtiq; vtilis, qñ huius distinctio p contrariũ fuerit notior, q̃ sit distinctio eius p illas res, de quibus E quærebamus notitiã nominis ęquiuoci prius: quẽadmodũ illa prima regula iuuat, qñ noĩa ipsorũ cõtrariorũ sunt diuersa. Tertia regula est, vt cõsideremus vnũ illorũ duorũ significatorum de quibus assumitur significatio illi⁹ nominis: nã si vnũ illorũ habuerit contrariũ, alterũ vero nõ, tunc scimus illud nomen esse æquiuocum, vt est delectatio, quę à scĩa habet, & quæ à potu aquę: nam hæc habet cõtrariũ, videlicet sitim, illa vero nõ habet cõtrariũ. Quarta Regula, vt cõsideremus significata illius noĩs propositi, vtrum vnũ F eorũ habeat contrariũ mediatum, aliud vero ĩmediatũ, tũc nomẽ illud est ęquiuocum. exempli gratia dulcis eloquẽtia, & dulcis sapor: nã inter dulcedinẽ sermonis & eius amaritudinem nullum datur medium, sed inter dulcé & amarũ saporẽ dat̃ mediũ, videlicet salsum, & reliqua genera saporum. Quinta Regula est, si vnũ significatorũ habet contrarium habens vnum mediũ, aliud vero contrariũ habeat plura media.

Sexta

G ABRAM

Sexta autem regula est ab oppositis, quæ sunt ſm contradictionem, quę est, ꝙ si consideremus an oppositum vnius rerum dicatur nominis ęquiuocatione cum alterius rei opposito, scimus ꝙ nomen est ęquiuocum. Verbi gratia, vidētis est oppositum quod est non videns, hoc autem dicitur de duabus diuersis reb⁹, quarū vna est, ꝙ non sit illi visus, & altera ꝙ non vtatur visu: hinc itaq; est manifestū, ꝙ videns cum opposito dicitur æquiuocum. Septima regula est secundum modum priua-
H tionis & habitus: nam si oppositum dicatur multipliciter, res, quam nomen significat, dicit̃ multipliciter. Verbi gratia, si sentire de anima & corpore dicatur dupliciter, priuatio sentiendi etiam dicitur dupliciter, sicq; si sanitas dicatur de illis æquiuoce, scilicet de anima & corpore: ægritudo itaq; de illis dicitur æquiuoce. Octaua regula est à casibus, vt si iustū dicatur multipliciter, iustitia dicitur multipliciter. Sed regulę sumptę ab ipso genere sunt traditæ ab eo duæ numero, quarum vna
I est, ꝙ genera rerū, de quibus sumitur indicium de nominibus, sint distincta, dico genera vniuersalia, ꝓut dicimus laudabile de saporibus, & laudabile de morib⁹, & laudabile de pluuia: laudabile enim saporum est duorum prædicamentorū actionis, & passionis, ex quo ille agit, aut patitur in corpore laudabili passione, morum autem laudabile est ſm qualitatē, vt fortitudo & virtus, pluuia autem laudabilis est pro tēpore.

Secunda autem regula est, ꝙ cōsideremus genera illarū rerū de quibus sumit̃ craditiū, dico ipsa ꝓxima, qñ

K MANTINVS

Sexta Regula est sumpta ab oppositis ſm contradictionē, videlicet vt cōsiderem⁹ quoq; ipsum oppositū, nam si oppositū vnius illorū significatorū dicatur æquiuoce, cum noīe oppositi significati alterius, tunc scimus illud nomen esse æquiuocum. exempli gratia videns, cuius oppositum est non videns, quod quidē habet duo significata distincta, vnum est, quod nō habet visum, aliud vero quod non vtit̃ visu: patet ergo ꝙ hoc nomen videns est ęquiuocum.

Septima regula est sump.a etiā ab opposito ſm priuationē & habitū: L
nam si oppositum dr̃ multis modis, id quoq;, qđ significat illud nomē, dicet̃ multis modis. exēpli gratia, si sensatio ſm animam & ſm corpus dr̃ duob⁹ modis, priuatio .i. insensatio dicet̃ quoq; duobus modis: pari rōne si sanitas dicitur de anima & de corpore ęquiuoce, ægritudo quoq; dicet̃ de eis æquiuoce. Octaua regula & locus sumit̃ ab ipsis casibus seu denominatiuus: nā si iuste đ multis dicat̃ casibus, iustitia quoq; de multis casibus dicet̃. De locis aūt & regulis sumptis ab ipso genere. Arist. dat duas regulas. Prima est, vt gene- M
ra illorū significatorū, quæ ꝑ illud nomen significant̃ sint diuersa: hoc est, ipsa genera vl̃ia, vt cum dicimus bonū in cibis, & bonū in pluuia: nā bonū in cibis in duob⁹ existit prędicamentis, videlicet agere, & pati, cū agat vel patiat̃ in corpore passionē bonā, bonum vero in moralib⁹ existit in ipsa qualitate, vt fortitudo & castitas, bonū quoq; in pluuia existit in ipso tpe. Secūda Regula est, vt cōsiderent̃ genera illarū rerum, quæ per illud nomen significantur, videlicet

A ABRAM MANTINVS

quando ascendunt ad genus ipsum supremum, aut ad medium eis, & supremo, etsi illa genera fuerint distincta, & vnum non subintrat alterũ, neq; hoc nomen significat illas res inquantum cõueniunt in supremo genere, hoc nomen est ęquiuocum. Verbi gratia, asinus dicitur de quodam vase quod arte fit ex ligno, & de animali, illorũ enim genera proxima sunt diuersa, scilicet animal, & planta, & neutrum illorũ alteri supponitur, nec asini nomẽ illa significat,
B inquantum connectũtur supremo genere quod est substantia, qa si illa significaret inquantum sunt in prædicamento substantiæ, diceretur de illis vniuoce. Verbi gratia, passer & pennatum ad auem, sunt eñ duo illius genera distincta, quæ ad vnum genus ascendunt, auis autem non dicitur nominis æquiuocatione de eis, ex quo passer continetur in habẽte pennas. Vndecima regula sũmitur ex definitione: hæc autem fit in definitionibus rerum compositarum, quæ significant singulas partes compositorum per simplices
C dictiones, prout dicimus eclipsim Lunæ & eclipsim Solis, nos eñ quando cõsideramus & meditamur talia, auferimus rem qua differunt omnia subiecta & definimus id, qđ est illis commune, & inuenimus illud diuersum: nomen itaq; est ęquiuocum, vt si definiremus eclipsim Lunæ & comperimus illam, quòd sit illius casus in vmbræ piramidẽ, & definiremus eclipsim Solis, & illã comperimus esse Lunæ interstitiũ inter

videlicet ꝓpinqua, si ꝯtingat ea ascẽ-
D dere ad aliqđ gen⁹, siue ad ipsũm et supremũ, siue ad illud qđ est mediũ ĩter ipsa & ipsum supremũ, & si illa gña ꝓpinqua fuerint distincta, & alterũ eoꝝ nõ subalternat̃ alteri, neq; illud nomẽ significet illas res, ea rõne, qua cõicãt in gñe supremo, tũc illud nomẽ est æquiuocũ. Exẽpli gña, hoc nomẽ asinus, quod dr̃ de instrõ seu vase arte cõfecto ex ligno, & de ipso aĩali: nam genera eorũ propinqua sunt vtiq; distincta, & alterum nõ subalternat̃ alteri, neq; illud nomẽ asinus significat eas res ea rõne,
E qua continent̃ in genere supremo, quod est substãtia: nã si significaret eas ea rõne qua sunt in p̃dicamẽto substãtiæ, tunc nomen asini diceret̃ de eis vniuoce: silr̃ quoq; si illa duo gña propinqua subijcerent̃ alterũ alteri, tũc illud nomẽ diceret̃ de eis vniuoce. Exẽpli gratia auis & pẽnatũ de ipso volatili, sunt enim ei duo genera distincta, q̃ ad vnũ ascẽdunt genus: volucre aũt non dr̃ æquiuoce, cũ auis cõtineat̃ in ipso pennato.

Vndecima Regula est sumpta ab ipsa diffinitione: & hoc videlicet in diffinitionibus rerũ cõpositarũ, quę
F significãt vnãquãq; particulã ipsius cõpositi p dictionẽ simplicẽ, vt cum dicimus eclipsim Lunæ, & eclipsim Solis: qñ enim nos cõsideram⁹ significata horũ, & auferimus id, quo diuersificant̃, hoc est ipsum subiectũ, & definimus id qđ est eis cõe, & inuenimus ipsum diuersum, tũc illud nomẽ est æquiuocũ: vt si diffiniam⁹ eclipsim Lunæ, seu deliquiũ, & inueniamus ipsum esse, cũ cadit in pyramide ipsius vmbrę, & diffiniamus deliquiũ Solis & ĩueniam⁹ ipm eẽ, cum

G ABRAM MANTINVS K

inter nos & illũ, sicq; scimus eclipsis nomen illis esse æquiuocũ. Et aliqñ est verũ, ꝙ noĩa partiũ definitionis dicantur æquiuoce, & expedit ꝙ in illis ꝓcedamus prout processim⁹ in ipsis definitionibus. Regula duodecima ẽt sumit̃ ex eo ꝙ ẽ magis & minus & ęquale, hoc ẽ, ꝙ cõsiderem⁹ alterã duarũ rerũ, de qua dr̃ illud nomen, et si inter illã & alterã nõ fuerit cõparatio ĩ suis sub̃tis ſm magis aut min⁹, aut ęq̃le, illas duas res sign̄at ęquoce. V.g. acuties vocis, & cultri nõ dr̃ ꝙ vnius acuties sit alteri⁹ acu
H tiei ęqualis, aut magis. Et duæ regulę sunt ex ipsa dr̃ia, quarũ vna est, ꝙ consideremus an res, quas vno noĩe significãt, sint dr̃ię supremorũ generum diuersorũ, aut mediorum, quorum vtrunq; ascendat ad vnũ supremum aliud, ab illo ad qđ ascẽdit alterũ. Nam si ita erit, illud nomẽ est æquiuocũ. V g. acuties vocis & cultri: vocis.n. acuties est alia, & discrimen acutiei ẽ de differẽtijs prædicamẽti qualitatis, cultri aũt acuties & acutiei discrimen ẽ de differẽtijs p̃dicamenti sub̃ę: sc̃da aũt regl̃a est, ꝙ
I cõsideremus res quas significat illđ nomen, & si ipsarum dr̃ię ipsas diuidentes res fuerint diuersæ, nomen erit æquiuocũ. V.g. digestum dr̃ de gustata re & de ea quę addiscitur: dr̃ię enim diuidentes rem, quæ addiscit̃, sunt dr̃iæ diuidentes disciplinam, & illã cõtinentes: digestum aũt, quod significat rem gustatam, nõ diuidit̃ his differentijs. Alia autẽ postrema regula est, qñ vna harum duarũ rerum, quas significat nomen, sit differentia, & altera sit species. Hæ itaq; sunt regulæ quas tradidit in dignoscendo nomen æquiuocum.

cũ Luna ĩterponit̃ ĩter visum nr̃m, & ip̃m Solẽ, tũc scim⁹, ꝙ nomẽ deliquij, vel eclipsis est eis ęquiuocum.

Inqt: Qñq; partes defiõnis dñr ęquiuoce, & tũc op3 vt ꝓcedam⁹ in eis sicut ꝓcessim⁹ in ipsismet defiõnib⁹.

Duodecima regula quoq; est sumpta ab eo, qđ est ſm magis vl' min⁹, aut ſm ęqualitatẽ, nẽpe vt consideremus alterã duarũ rerũ de quib⁹ dr̃ illud nomen, & si nulla det̃ cõparatio ĩter vnã & alterã, ĩ suis subiectis ſm magis vel min⁹ vel ſm ęq̃litatẽ, tũc illę duę res ęquiuoce sign̄ant̃, exẽpli gr̃a acuta vox, acut⁹ gladi⁹: nã nõ diceť alterã acuitatẽ esse ęqualẽ alteri, neq; maiorẽ ea. Et duæ regulæ dant̃ de ipsa dr̃ia. vna ẽ, vt ꝯsiderem⁹ vtrũ illę res, q̃ p vnũ nomẽ sign̄ant, sint dr̃iæ generũ supremorũ diuersorũ, aut mediorũ, & vnaquęq; earũ ascẽdat ad vnũ gen⁹ supremũ diuersum ab illo, ad quod ascẽdit altera, exẽpli gr̃a acuties ĩ voce & acuties ĩ gladio: nã ĩ voce acuties & inacuties est de differẽtijs p̃dicamẽti qualitatis, sed ĩ gladio acuties & ĩacuties sunt ex differẽtijs p̃dicamenti sub̃ę: sc a regl̃a est, vt cõsiderem⁹ illas res, quas illđ nomen significat: & si earũ dr̃iæ diuisiuę fuerint diuersę, tũc illud nomẽ est ęquiuocũ: exẽpli gr̃a cũ dr̃ cibus de re gustabili & đ re disciplinabili, qm̃ dr̃iæ, quæ diuidũt rem disciplinabilẽ, sunt dr̃ię, quę diuidunt disciplinã & q̃ eã ꝯtinẽt: sed cib⁹, quo qđẽ sign̄at̃ res gustabilis, nõ diuidit̃ illis differẽtijs. Extat & alia dr̃ia, nẽpe cũ vna illarũ duarũ rerũ, quę per illud nomẽ significant̃, fuerit dr̃ia, altera vero fuerit sp̃es. Hę itaq; sũt oẽs regulæ, quas Arist. tradidit pro dignotione nominis æquiuoci.

L

M

De

A *De Differentiarum inuentione, Similium consideratione, & vtilitatibus Instrumentorum.* *Cap.* 14.

DIfferentias autem in ipsis generibus ad seinuicẽ perspiciendum: vt quo differt iustitia à fortitudine, & prudentia à tẽperãtia: hæc enim omnia ex eodem genere sunt, ex virtute. Et ex alio ad aliud, vt in ĳs quę non nimiũ differunt: vt in quo differt sensus à scientia: nam in ĳs, quæ multum differunt, manifestę sunt omnino drĩæ. Similitudinem aũt considerandum in ĳs quæ sunt in diuersis generibus: vt sicut alterũ ad alterum quidem, sic aliud ad aliud: vt sicut sciẽtia ad scibile, sic sensus ad sensibile: & vt alterum in altero aliquo, sic aliud in alio: vt queẽadmodũ visus in oculo, mens in aĩa, & vt tranquillitas in mari, serenitas in aere: vtrunqꝫ enim quies. Maxime aũt in ĳs, quæ multum distãt exerceri oportet: facile enim in reliquis poterimus similia inspicere. — Differẽtiarum inuẽtio. Similiũ cõsiderõ.

B Considerãdum aũt & ea, quæ sub eodem sunt genere, si quid inest oĩbus idẽ: vt homini, & equo, & cani: nã si inest aliquid eis idẽ, in eo sunt similia. Vtile aũt ipsum quidẽ, quod quotupliciter dicitur, considerasse, ad diluciditatẽ: maxime aũt quis sciet q̃d ponatur, manifesto facto quotupliciter dicitur. Et ad fieri secundũ rem eandem, & nõ ad nomen syllogismos: si enim immanifestum sit quotupliciter dicĩ, contingit non ad idem ẽt qui respondet, & qui interrogat, ferre intellectum: manifesto aũt quotupliciter dicitur, & ad quid ferẽs ponat, ridiculus videbitur interrogãs esse, si non ad hoc sermonem faciat. Vtile etiã, & vt non falsa rõne decipiamur, sed decipiamus potius: nam sciẽtes quotupliciter dicitur, non allucinabimur, sed sciemus si nõ ad idẽ sermonẽ faciat is, qui interrogat, & ipsi interrogantes poterimus apparenti ratiocinatione fallere, nisi is qui respondet agnoscat quotupliciter dicĩ. — A specie. Vtilitates consideratiõis multiplicis.

C Hoc non in omnibus semper possibile, sed q̃n fuerint eorum, quę multipliciter dicuntur, alia quidem vera, alia autem falsa. Est aũt proprie non conueniens modus hic dialecticæ: quare omnino vitanda dialecticis huiusmodi ad nomen disputatio, nisi quis aliter non possit de proposito differere. Differentias aũt inuenire vtile, & ad syllogismos de eodem, & diuerso, & ad cognoscendum quid est vnumquodqꝫ. Quod aũt ad syllogismos de eodem, & diuerso vtile, manifestum: inuenientes enim drĩam propositorum quãlibet, ostendentes erimus, q̃m non idẽ. Ad cognoscẽdum aũt quid est vnũquodqꝫ, eo ꝙ propriã substantiæ cuiusqꝫ rationẽ, ĳs, quæ circa vnũquodqꝫ sunt, accõmodatis differentĳs separare solemꝰ. — Vtilitates inuẽtiõis differẽtiarum.

Similitudinis aũt consideratio vtilis est ad inductiuas rationes, & ad syllogismos ex suppositione, & ad assignationẽ definitionũ. — Vtilitates cõsideratiõis similium.

Ad

G Ad inductiuas quidem rationes, eo ꝙ circa singula in similib⁹ in K
ductione, vl'e existimamus inducere: non enim facile est inducere ignorãtes similia. Ad syllogismos ex suppositione, eo ꝙ probabile est quemadmodũ in vno similiũ se habet, sic & in reliquis. quare ad quodcunq; eorum facultatẽ habebimus disputandi, profitebi-
Hypothesis. mur quemadmodum in his se habet, sic & in proposito habere. id enim ostendẽtes, & propositũ ex suppositione ostendentes erim⁹: supponentes enim q̃uo in his se habet, sic et in proposito se habere demonstrationẽ faciemus. Ad definitionum aũt assignationem, eo ꝙ potentes conspicere quid in vnoquoq; idẽ, non dubitabimus ad quid oporteat genus, cùm definiem⁹ ꝓpositũ, collocare: nam cõmunium quod maxime in eo quod q̃d prædicatur, genus erit.
A multũ distãtib⁹. Similiter aũt & in multum distãtibus vtilis ad definitiones similitudinis consideratio: vt quod idẽ tranquillitas in mari, & sereni
H tas in aere: vtrũq; enim quies: & q̃m punctum in linea, & vnitas L
in numero: vtrunq; enim principiũ: quare cõe in omnibus genus assignantes, arbitrabimur nõ extranee definire. Penè aũt & definientes sic solent asignare: nam & vnitatẽ principium numeri dicunt esse, & punctũ principiũ lineæ: manifestũ igitur, q̃m ad cõe vtrorũq; genus collocant. Instrũ itaq;, per quæ sunt syll'i, hæc sũt: loci autem, ad quos vtilia sunt prædicta, ij sunt qui dicendi sunt.

Sermo de potestate sumendi Differentias, de Similium consideratione, & Vtilitatibus instrumentorum. Cap. 14.

ABRAM

POtestas vero sumẽdi d'riam euenit exercitio sumẽdi d'riam reꝝ
I vehemẽtis si'litudinis vnius earũ, q̃ vl'r sunt tres spẽs. quarũ Vna est si'litudo acceptionis d'riarũ rerũ, q̃ subsunt vni generi ꝓximo, prout sunt fortitudo & æq̃tas: suũ enim gen⁹ ẽ vnũ, s. ipsa virt⁹, sed fortitudo ẽ circa res timẽdas, & ęquitas ẽ circa res q̃ fiunt hominũ cõmertijs, & hę sũt illarũ d'riæ, quib⁹ differũt. Secunda aũt spẽs est, ꝙ sumamus d'rias rerũ, q̃ subsunt vni generi remoto, ꝓut est prudentia & temperantia, suum enim remotũ genus est ipsa virtus, sed prudẽtia est in parte cogitatiua, & tẽperantia in parte cõcupiscente. Et

MANTINVS

FAcultas vero assumẽdi d'rias acquirit' quidem exercitatione & vsu in assumẽdis differẽtijs rerũ valde similiũ, quarum tres sunt modi. M
Primus est, cũ sumuntur d'rię rerũ, quæ sub vno genere propinquo cõtinent', vt fortitudo, & iustitia: nam genus propinquũ ipsarũ est vnũ, videlicet virt⁹: verũ ipsa fortitudo cõsistit in rebus humorosis, iustitia vero in cõmercijs & actionibus, quæ inter hoĩes fiunt: & hę sunt earũ differentiæ quibus distinguunt'. Secundus modus est, cũ sumunt' d'riæ reꝝ, quæ in vno genere remoto cõtinentur, vt prudẽtia in virtute intellectiua, & tẽperãtia ĩ parte cõcupiscibili. Tertius

A ABRAM

Et tertia species est drīarum rerum, quę subsunt generibus supremis, qn̄ illis rebus contigerit ꝙ sint similes, prout est cōsideratio illius, quo differt sensus à sciētia, cum hoc ꝙ sensus sit de prędicamēto relationis, & scīa de prędicamēto qualitatis: similitudo.n.inter illos est nimia: proportio enim sensus ad sensibile est proportio scientię ad ipsum scibile.

Potestas vero sumendi verisimilitudinē, fit exercitio sumendi similitudinē inter res distinctas, ꝓut fit potestas sumendi drīas exercitio sumendi drīas rerum similiū. Similitudo aūt est dupliciter, similitudo ſm modū proportionalitatis, aut secundum rem, quæ ambiat ipsa similia, & aliqn̄ comperiuntur in vna eadem re ambæ similitudines simul. V.g. sensus, & intellectus sunt sil'es, quatenus sunt quædam conceptiones, necnō rōne proportionalitatis: quia dispō intellectus ad animā est, sicut dispositio sensus ad visum. Hę itaq; sunt res, quæ nobis cōflant potestatē horum quatuor instrorum.

Trium autē horum instrorum, quę sunt nominis æquiuoci dignotio, & drīarum acceptio, & similitudinis sumptio, est iuuamen cōe, & iuuamen propriū. Commune quidem iuuamen ē, quo facilior fit eductio præmissarū ipsarumq; inuentio: qn̄.n. nos diuiserimus nomen æquiuocū in sua significata, & hoc in subiecto pręmissę, aut ipsius prædicato, aut vtroq;, vna præmissa reddit̄ nobis plures præmissę: sicq; qn̄ diuideremus rerū differentias, quas putaueramus primo esse vnam, redditur vna pręmissa duę, & hinc nobis eueniunt duæ præmissæ.

Singulis

MANTINVS D

Tertius modus fit, si sumant̄ drīę rerum, quæ sub generib⁹ supremis cōtinent̄, si cōtingat illas res esse sil'es, vt cū cōsiderat̄, in quo nam differat sensus ab ipsa scīa, licet sensus sit ex ꝑdicamēto relationis, & scīa ex ꝑdicamēto qualitatis: qm̄ inter ipsa magna extat similitudo. nam eadē est proportio & rō ipsius sensus ad sēsibile, quæ est scientiæ ad scibile.

Facultas vero ad assumendā sil'itudinē acquirit̄ ex vsu assūptionis sil'itudinis inter res diuersas, queadmodū facultas, quā habem⁹ ad assumēdas drīas, orit̄ quidē in nobis ex vsu assumēdi drīas rerū sil'iū. sil'itudo ꝑterea ē duplex. nēpe vel ſm analogiā, vel est similitudo ſm aliquid cōe ipsis similibus: qn̄q; tamē reperiuntur in eadem re vtraq; similitudo simul. exēpli gratia, sensus, & intellectus: sunt em̄ similes, quatenus sunt cognitiones, & ſm analogiam; nam ita se habet intellect⁹ ad aīam, sicut sensus ad visum. Hęc itaq; sūt ea, quæ præstant nobis facultatem in his quatuor instrumentis.

Tria aūt horum instrorum, videlicet dictinctio noīs ęquiuoci, & differentiarū inuētio, ac sil'itudinis cōsideratio, ꝑstant qdē vtilitatē cōem, atq; vtilitatē propriā. Cōis aūt vtilitas est, quia ꝑ hæc facile ꝓpōnes sumentur, ac inuenientur: nam, cum distinxerimus nomen ęquiuocū in sua significata, & hoc siue subiectū ꝓpōnis, siue prędicatū eius, siue in vtrisq;, vna propositio efficietur plures: similiter quoq;, si inuenerimus differentias rei, quā existimauimus primo ipsam esse vnā, tunc illa vna propositio euadet plures, & sic habebimus ex hoc duas propositiones.

G ABRAM

Singulis vero horum trium iuuamina propria sunt: æquiuoci quidem nominis cognitioni vna cum præfato, tria iuuamina. Primum quidem iuuamen patens est manifestatio, & hoc quidem iuuat quærentem & respondentem: quærẽtis quidem iuuamen est, quia quãdo quæritur nomine æquiuoco, intelligeret ex illo admissionẽ alterius duorum significatorum, quæ significat, & interdum abstineret illud admittere ob cauendum significatum illi commune secundum nomen, &
H putaret ꝙ quæsiuisset de hoc quod est apud eum impossibile, quærens autem hoc opere illi ostenderet significatum quod intenderat admittendum, & illud admitteret.

Respondenti vero iuuamen est, quia aliquando quæreretur ab eo significatum, quod non noceret ei illud admittere, & cum illo in nominis significatione inclusum esset significatum, quod redderetur ad destruendum eius positionem. Posset enim ille admittere quod significat nomen æquiuocum absque di-
I stinctione, & nõ crederet quòd quęrens illi inferret destructionem eius positionis. Secundum vero iuuamen est, quòd quærens & respondens non ferant orationem de duobus rebus distinctis, & putent interloqui de vna re, & quod est in mẽte vnius sit aliud ab eo, quod ẽ in mente alterius, & quod vnus destruit, sit aliud ab eo, qđ destruit alter: hoc autem est manifestum, ꝙ eueniat illi, qui ignorat quid significet nomen æquiuocũ absq; distinctione. Tertium autẽ iuuamen est, ne erret audiens, neq; loquẽs in syllogismo, quãdo

MANTINVS K

Vtilitas vero ꝓpria singulis horũ triũ hæc vtiq; est: nẽpe ꝙ cognitio noĩs ęquiuoci ꝑter id quod iã prędictũ fuit, habet quidẽ tres vtilitates. Prima vtilitas est dilucidita & manifestatio, & ex hoc suscipient iuuamentũ opponẽs, & respõdens: opponens aũt, siue interrogãs, ideo iuuaẗ ex hoc, q̃a cũ ipse interrogat aliq̃d per nomen æquiuocũ intelligi per ipsum vnũ quoddam significatũ ex illis significatis, quæ significat illud nomen, & q̃n̄q; respondens accusat acceptare illa significata, quia recusat illa significata æquiuoca fm nomen, & putat ꝙ ille interrogauit de illo significato recusato ab ipso, qđ est apud eũ impossibile, & hoc officio declarat ipse interrogans ipsi respondenti illud significatum, quod ipse intendit & acceptabit ipsum. L

Respõdenti quoq; est id vtile, propterea quia multoties interrogabiẗ de aliqua re, quã si concesserit, & acceptauerit, nihil ei nocebit, in qua tñ re continebitur fm significationem illius noĩs, aliquod significatũ quod iterũ destruet illi⁹ suppositionẽ, quia ipse cõcessit id quod significat illud nomen æquiuocũ sine distinctiõe, & nõ crediderit ꝙ ex hoc ipse interrogãs inferat destructionẽ suæ positionis. Secunda vtilitas est ne interrogãs & r̄ndens disputẽt de duab⁹ rebus distinctis, & putẽt se de vnica re disputare, & id qđ est in aĩo vnius, est aliud ab eo, qđ in aĩo alteri⁹ existit, & id, qđ destruit alter eorũ, est aliud ab eo, qđ destruiẗ ab altero: manifestũ aũt est hoc contingere illi, q̃ ignorat, q̃d significet nomen æquiuocũ. Tertia vtilitas est, ne decipiaẗ audiẽs & loquẽs ĩ syllõ: nam, M

A ABRAM MANTINVS D

quando illius præmissæ significant nomine æquiuoco, & quoddã illorum significatorũ, quæ significant illud nomẽ, sit verũ, & aliquod falsum. & posset putari falsum esse verum, & verũ esse falsum, & diuulgatum esse absonũ, & absonum esse diuulgatũ, & putaret de eo quod non est syll'us, ꝙ sit syll'us: putaret enĩ ꝙ ipsum idem prædicatũ minoris sit subiectũ maioris, cum ipsum esset aliud, & putaret ꝙ ibi sit conclusio, cũ ibi nulla res sit illata: quatenus ãt

B ex nomine æquiuoco posset euenire fallacia, qua homo posset decipere aliũ, hoc opus prius est sophisticũ q̃ topicum: ipse vero topicus indiget illo, dũ respondens extorquetur deuiando extraneis rñsionibus, & fiũt illi difficiles, & abstinet ab admittẽdo rem, de qua reciperet iuuamen, & de hac re quęreret ab illo nomine æquiuoco, quod significaret illã, & aliã rẽ, de qua nõ caperet iuuamen, & respondẽs admitteret illud putãs de eo, ꝙ ex quo hoc nomẽ significat rem, quę nõ iuuat quęrẽtẽ expedit ei concedere hoc nomen ſm hoc si-

C gnificatũ, quod confert quęrenti iuuamen, & ex illo inferret ipse q̃rens rem, quã ab initio rei proposuerat, quã admittere cauebat, nisi ꝙ hoc opus deceptoriũ sit in hac arte p accidens. Verũtamẽ potestas sumendi dĩas confert cõstitutioni definitionis singularũ rerũ, ipsamq; nosse facit per id, quod proprie ipsam cõcernit, eo ꝙ dĩa est, qua species p se distinguitᷣ à specie secum conueniẽti in genere, & confert iterũ iuuamen locis de eodem, & de alio, quando enim manifestantur differentiæ, fit manifestum ipsum aliud.

nam, cũ p̃missæ fuerint æquocæ, & illarũ rerũ, q̃ significantᷣ p illud nomen, aliqua sit falsa, aliqua vera, poterit existimari id, qđ est falsum esse verũ, & verũ eẽ falsum, & ꝙ impoſſe sit ꝓbabile & ꝓbabile impoſſe, & id qđ nõ est sylls, ꝙ sit sylls: qm̃ poterit existimari, ꝙ illudmet p̃dicatũ, qđ est in minori ꝓpõne sit subiectũ in maiori, cum tñ sit aliud, & existimabitᷣ, ꝙ adsit ibi conclusio, cum tñ nihil sit ibi illatũ. p id aũt qđ cõtingit deceptionis ex noĩe æquiuoco, poterit qs alios decipere: verũ hmõi

E officiũ principalius ẽ in sophisticis, seu elẽchis, q̃ in dialecticis. Verũtñ erit coactus vti hoc officio ipse dialecticus qñ rñdens peruerse cauillat cõtra ipsum rñsionibus incõgruis, q̃ sunt apud eũ difficiles, & sic nõ poterit recipere, & acceptare id, qđ põt vtilitatẽ afferre: & sic interrogabit de ea re aliquo noĩe ęquoco significãte ea, & aliã rem, q̃ nullã affert vtilitatẽ, & acceptabit illud ipse rñdẽs, cũ putet, ꝙ postq̃ illud nomẽ significat illã rem, q̃ nullã affert vtilitatẽ ipsi interrogãti, põt acceptare illud

F nomẽ iuxta illud significatũ, qđ affert vtilitatẽ ipsi interrogãti, & tunc ipse ĩterrogãs ĩferet ex hoc illã rem, quã ꝓposuerat ab initio ꝓbare, & nõ poterat eã cõcedere. Verũtñ hoc offm̃ est sophisticũ, tñ fit ĩ hac arte p accñs. Vtilitas vero facultatis inuẽtionis dĩarum cõducit ad assignationẽ definitiõis vniuscuiusq; rei, & cognitionẽ rei, q̃ est ei propria, cũ ipsa dĩa sit, qua distinguitᷣ spẽs p se à spẽ diuidẽte ipsam p genus: & hoc est vtiq; vtile ad loca, q̃ sunt de eodem, & diuerso quoq;: nã notificatis differẽtijs notificantᷣ & diuersa.

G ABRAM

Iuuamen vero poteſtatis ſumendi ſimilitudinē cōuenit tribus rebus: quarum vna eſt ipſa inquiſitio: ſecunda ſunt ſyllogiſmi, qui proprie poſitiones nominātur, hoc eſt conditionales: & tertia ſunt ipſæ definitiones. Huius vero iuuamen ad inquiſitionem patet, quia ſciendo ſumere ſimilitudinem ipſius conſimilitudinis euenit ſyllogiſmus poſitionis. hic enim manifeſtationis modus fit ſecundum modum credulitatis, quando enim aliquid alicui īeſſe, aut ab aliquo auferre oſtē-
H dere proponimus: hanc commonſtrationem transferimus ad huius ſimile, de quo eſt notum, quòd id, quod ſequitur huius rei ſimile, ſequatur hanc ipſam eandem rem. Definitionibus autem confert iuuamen, quia per eas oſtenditur proximum genus, quod in definitione ponitur, ſicut per ſcientiam differentię dignoſcitur id, quod proprie ipſam concernit, &, vt vniuerſalius inquam, niſi ſumeretur ſimilitudo, impoſſibile eſſet cuipiam euenire vniuerſale aliquod, tanto minus eſ-
I ſentiale: & ideo exercitium ſumendi ſimilitudinem & differentiā eſt, quo nobis ipſi conſtamus de acceptione rerum eſſentialium in ſyllogiſmis demōſtratiuis. Et aliquando etiam ſumitur iuuamen de ipſa ſimilitudine ad acceptionem definitionum rerū nimis remotarum ſecundum ſuam eſſentiam, ex quo inter illas fuerit proportio aliqua, & ponitur hæc res, qua proportionantur, tanquam illarum genus. Verbi

MANTINVS K

Vtilitas vero facultatis inuētionis, & cōſiderationis ipſorū ſimiliū ad tria ſe extēdit. Primo ad ipſam īductionē faciendā. Scđo ad ſyll'os, qui ꝓprie dicunť ſyll'i ex ſuppoſitione, ſeu hypotheſi, hoc eſt cōditionali. Tertio ad ipſas diffinitiones aſſignādas. Eſt itaq; manifeſte vtilis cōſideratio ſimiliū ad ipſam inductionē, propterea qa notitia ſimilitudinis, q̄ eſt īter res, de qb⁹ fit inductio, verificat inductionē: nā ſi non fuerit nota illa ſil'itudo, q̄ inter eas exiſtit, nulla apparebit ibi īductio. Eſt p̄terea manifeſte vtilis ad ſyll'os condi- L
tionales, qa cognita cōſideratione, & inuētione ſimilitudinis efficietur ſyll's ex ſuppoſitiōe, & is modus probationis eſt ſm modū permutationis. nā, cū volumus probare aliquid ineſſe alicui rei, vel denegatū ab ea re, tūc trāſferim⁹ hmōi probationē ad ſimilitudinē ei⁹, quia ſcim⁹ ꝙ id, qđ infert ſimilitudinē huius rei, inferet ipſammet rē. Ad diffinitionū quoq; aſſignationē vtilis eſt ſimiliū cōſideratio, ꝓpea qa ꝑ hoc manifeſtať genus propinquū, quod in diffinitione ponitť, queadmodū cognita M
dr̄ia dignoſciť id, qđ eſt ei propriū, & vt verbo dicā, ſi nō cōſideraretur ipſa ſimilitudo, nō poterit qs habere aliquid vl'e, ſeu cōe, longe minus aliquid ꝑ ſe, & eſſentiale: hinc eſt, ꝙ exercitatione & vſu cōſiderationis ſimiliū, ac dr̄iarum deuenim⁹ in cognitionē rerū, quæ ſunt ꝑ ſe in ſyll'is demr̄atiuis. Cōfert p̄terea cōſideratio ſimilitudinis ad aſſignādas definitiones rerū, q̄ valde diſtāt inter ſe cū extat inter ipſas aliq̄ analogia, & proportio, & illa res, q̄ hēt analogiā ad eas ponatur veluti genus ad eas. exēpli

A ABRAM

Verbi gratia, quia ex quo℥ ꝓportio puncti ad lineã in magnitudine est proportio vnius ad numerum, eo ꝙ sit principiũ: sicq;, quando proponimus habere lineæ, aut vnius definitionẽ, ponimus hanc similitudinẽ, vt genus illorum, & dicimus de pũcto, ꝙ sit lineę principiũ, & de vno, quòd sit numeri principium.

Hæc itaq; sunt instrã, q̃bus educuntur particulariora loca singulorum quæsitorũ ex locis cõibus, quę infra narrabit. Et hic explicit orõ de prima parte huius sciẽtię, & maior pars illius, cuius meminim⁹, est, B quod dictum est in Primo libro voluminis Topicorum Aristotelis.

MANTINVS D

exempli grã, cum eadem sit rõ vel ꝓportio, seu analogia ipsius puncti ad lineã, quæ est ipsi⁹ vnitatis ad numerum, cũ illud sit principiũ. Ideo cũ voluerimus assignare definitionẽ pũcti, vel vnitatis, tũc ponemus hmõi similitudinẽ veluti genus eis, & dicimus punctũ esse principiũ lineæ, & vnitatẽ principium numeri.

Hæc ergo sunt instrã, quib⁹ inueniuntur loca particularia vniuscuiusq; quæsiti locorum vniuersaliũ, quos post hoc narrabit, & hic finit tractatus primæ partis huius sciẽ, & maior pars eorũ, quę de hoc tractauimus, amplectit̃ quicquid Aristo. E dixit in Primo libro Topicorum.

Aristotelis Libri Primi Topicorum, cum Auerrois media expositione finis.

Tractatus de Locis ad intelligentiam eorum, quæ in Reliquis Topicorum libris ab Aristotele dicuntur.

ABRAM

Expedit quòd primo dicamus quid sit locus, & secundo quòd sint finita inclusa, & tertio modos disciplinę, qui possunt de eis fieri, & modum quo Aristot. processit C hic. Dicimus itaq;, quòd Alexander & Theophrastus definiunt locum, quòd sit principium & sedes, vnde sumuntur præmissæ singulorum syllogismorũ, qui fiunt de omnibus particularibus quęsitis singularum artium, & per hoc intendit ꝙ sint dispositiones & attributa communia, & regulæ quibus procedimus ad acquirendum particulares præmissas singulorũ syllogismorũ.

Alexãdri & Theophrasti opinio.

Et

MANTINVS

Consentaneum nunc est primũ determinare q̃d sit locus: secũdo, ꝙ loca sunt finita determinataq;: tertio tractare de modis doctrinæ, qui possunt fieri in ipsis, & mo- F do, quo vsus ẽ Arist. in tractatione de loco. Dicamus itaq; ꝙ Alexander & Theophrastus definiunt locũ sic: locus est principium quoddã & elementũ, à quo sumuntur ꝓpõnes cuiuslibet syllogismorum, qui fiunt de problematibus particularibus in vnaquaq; arte: ac si velint locos ipsos eẽ significationes ac effect⁹ quosdam vl̃es, & communes, atq; ordines & regulas, à quibus procedimus ad adipiscendas propositiones particulares in singulo syllogismo.

 Et

G ABRAM

Et hoc est quod Abumazar Alpharabius intendit per locum, & ideo ex quo ipse est illa præmissa, cuius partes proprie concernunt partes præmissæ, quæ ei subest: cuius pars prædicata præmissæ prædicatũ tantum cõcernit, & subiectũ est aliud: præmissæ vero, qua concernitur pars, substantia est ipsum subiectum alterius præmissæ, cùm pars prædicata sit alia: continens itaq; illarum non est locus, neque contenta est præmissa particularis, sed contenta est conclusio duarum præmissarum, quarum maior est con-
H tinens, & minor est contenta secundum eius subiectum, prout dicimus Socrates est animal, & omnis homo est animal. Et putatur quòd hæc definitio, qua definierunt hæc loca, sit affinis definitioni qua ea definierat Aristote. in libris Rhetoricorum: ille enim dixit, quòd loca sunt bases syllogismorum, & putatur quòd inter illa sit differentia, quia si locus est basis syllogismi, syllogismus est illius forma, quæ est eius figura, eius autem materia est ipsius præmissæ: expedit itaque ꝙ
I locus sit, qui largiatur syllogismorum præmissas & formam, & hoc est ipsa veritas, quia inuenimus syllogismos facere ambas res simul, aut inuenimus de illis qui faciat alteram duarum rerum, & de illis, qui faciat alteram rem: & hoc quidem est manifestũ de locis vniuersalibus, quæ Aristo. tradidit in Posterioribus Analyticis.

Themisti⁹

MANTINVS K

Et hoc idem sentit Alpharabius de ipso loco: & ideo dicit, ꝙ est propositio, cuius partes simul terminant proprias partes propositionis, quæ sub ea continetur, vel cuius pars, ꝗ est prædicatum, continet prædicatum propositionis tantum, subiectum tamen est vnum in ea. At illa propositio, cuius pars, quę est subiectum, terminat proprium subiectũ alterius propositionis, pars tamen, quæ est prædicatum, est vna, tunc eius vniuersalis & communis non est loc⁹, neq; ipsa terminata, seu cõtracta erit propõ particularis, sed ipsa terminata, & contenta est vtique L
conclusio duarum pręmissarũ, quarum maior est ipsa vniuersalis communis, seu continens, & minor est subiectum ipsius terminatæ & contractæ, vel cõtentæ: vt cùm dicimus Socrates ē animal, & omnis homo est animal. Hæc autē definitio, qua illi definierũt hæc loca videtur esse ferè eadem cum ea definitione, qua Aristo definiuit ea in libro Rhetoricorum. Inquit enim ipse ibi, loca esse elementa syllogismorũ: posset tamen dici, ꝙ differũt aliquo pacto inter se, qm̃ si locus esset elementũ syllogismi, cùm ipse syllogismus M
habeat formã, quæ est eius figura, atq; materiam, quæ est propositio eius: locus ergo debet præstare propositiones syllogismorũ, & figuram eorum: & hoc vtiq; est verum. nam inuenimus ipsos syllos fungi vtroq; munere simul, vel inuenimus aliquos eorum fungi vno illorũ duorum officiorũ, aliquos vero altero: & hoc perspicuum est ex illis locis vniuersalibus, quos tradidit Arist. in libro Priorum Resolutiuorum.

Themisti⁹

A ABRAM MANTINVS D

Themistij opinio.

Themistius vero dixit ꝙ locus sit vniuersalis præmissa, quæ est in syllogismo, quæ verissima est præmissarum syllogismi. & dicit, ꝙ tali p̄missa aliquando vtimur secundum se in syllogismo, & aliquando vtimur sua sentẽtia, & potestate. Eius autem argumentatio ad hoc est, quia in rebus, quibus Arist. vtitur in tractatu locorũ huius libri, comperiuntur ambę species simul, prout dicimus, ꝙ eligibilius sit apud nos quod est diuturnioris temporis, & prout dicimus ꝙ eligibile per se sit eligibilius quàm eligibile per aliud. de re B itaq; horum & similium videtur, ꝙ numerati sint vt fiant maioris præmissæ singulorum syllogismorum quæsitorum particularium: prout dicimus ebrietatis delectationẽ esse eligibiliorem delectatione coitus, quia sit diuturnioris durationis.

Alexandri vero argumentatio ad hoc est, quia præmissę, quæ sumunt̃ in illis syllogismis, sunt infinitæ, & non inclusæ collectę in vnum, sicq; non euenit ex finitis indiuiduis aliqua res vniuersalis, ex qua procedat̃ ad res particulares ĩfinitas, cui⁹ mo C ris est dispositio regularũ, quæ tradũtur in hac arte. vniuersales vero præmissæ particularium præmissarũ sunt finitæ: & dum attigerimus ipsarum vniuersaliores, possibile fit nobis procedere ad particulariores quę eis subsunt, & euenient nobis præmissæ particulares, quæ sunt in potentia infinitæ aduentu vniuersalium, quæ sunt finitæ: & hæc quidẽ est natura regulæ, vt regula est, & ideo loca sunt, quæ per se largiũtur potestatem faciendi syllogismos, & particulares præmissas maioris singulorũ

Themistius vero dicit, ꝙ locus est ꝓpō vl'is, quæ est verior cęteris propositionib⁹ syll'i, & dicit, ꝙ illa ꝓpō, quæ ita se habet, qñq; ponitur ipsamet in syll'o, qñq; vero eius significatum, & vis eius. Et huius rei rōnẽ affert ipse Themistius, s. propterea, quia ea, quæ ab Arist. traduntur in hoc libro in Tractationibus de Locis, inuenies ea esse ex vtroq; genere horũ simul, vt cũ dicim⁹, ꝙ quicqd diutius ꝑdurat est prętantius apud nos, & cũ dicim⁹ ꝙ id, qđ est de seipso p̄stantius, est vtiq; p̄stãtius q̄ id, qđ est ꝑ aliud p̄stantius. Hęc ergo & eoꝝ sĩlia vident̃ connumerari & E ordinari hic, vt ex eis fiant ꝓpōnes maiores ĩ singulo syll'o problematũ particulariũ: vt cũ dicim⁹, ꝙ delectatio ebrietatis est p̄stãtior delectatiõe venerei actus, cùm diutius perduret.

Alexandri tñ ratio cõtra hoc est, ꝙ ꝓpōnes, quæ reperiunt̃ in ipsis illis syll'is, sunt infinitę & indeterminatę: de eo aũt, qđ ē infinitũ, & indeterminatũ, nõ possum⁹ ex scĩa de indiuiduis finitis eoꝝ adipisci aliqd vl'e, a quo procedat̃ ad particularia infinita, vt fieri solet ꝑ regulas traditas in hac arte. At ꝓpōnes vl'es, quę particulares ꝓpōnes amplectuntur, sũt F vtiq; finitæ, sub quibus cõtinentur partes infinitæ, & cũ peruenerimus ad earũ vl'es, poterim⁹ trãsire ac procedere ab eis ad particulares, q̄ sub ipsis continent̃: & sic obtinebimus particulares ꝓpōnes infinitas potẽtia, cum obtinuerimus vl'es finitas. Hæc enim est natura ipsi⁹ methodi seu regulæ, quatenus est method⁹, & regula: & ideo ipsa loca præstant per se facultatem efficiendi syll'os, ac propositiones particulares magnas

G ABRAM

gulorum syllogismorum, nõ quòd ipsarum naturę sit hic actus. Et iõ id quod dicit Alexander, & qui vt ipse asseuerat, est propior veritati, quàm Themistius.

Hoc tñ aliqua indiget consideratione, qa vr̃ vt ipse ĩtelligat, ꝙ vnaquæq; ægritudo habeat sanitatẽ sibi cõtrariã, & ꝙ hæc obiectio, seu instantia est ꝓbabilis: ppea, quia plures sũt sanitates, q̃ sunt oppositę aliquibus morbis, q̃ non habẽt nomẽ: & vr̃ dicere, ꝙ eadẽ est ratio sanitatis, & ægritudinis, q̃ ẽ boni, & mali: nã quẽadmodũ bonũ est vnũ, mala vero sũt plura, ita quoq; sanitas est vna morbi vero plures. Inqt Arist. hi sunt modi, q quęrunt̃ ex ipsis cõtrarijs ab eo, q vult destruere & interimere. Sed modi cõstructiui sunt tres: prim⁹ modus est, si cõtrariũ speciei sit ĩ genere assignato, gen⁹ vero nullũ habeat cõtrariũ, tũc illud ẽ genus illius speciei: secũdus, si mediũ sit inter speciẽ, & ei⁹ cõtrariũ in illo gñe assignato, tũc spẽs erit ĩ ipso genere assignato, & hoc est ꝓbabile in cõstruendo, vt erat in destruẽdo: tertius, si generi insit cõtrarium, ac ipsi speciei cõtrariũ quoq;, & ĩuenerim⁹ cõtrariũ ipsi⁹ speciei inesse cõtrario generis, tũc illud gen⁹ inest speciei. F

De

Rursum in casibus,& coniugatis,si silr sequuntur: & interimenti,& construenti. Simul enim vni,& oibus insunt, vel
41. Loc⁹. Declatio. non insunt: vt si iustitia scia quædam,& iuste scienter,& iustus sciẽs: si autem horum aliquid nõ inest: nec reliquorum vllum.
42. Loc⁹. Declatio. Rursum in ĳs quæ silr se habent adinuicem. Vt delectabile silr se habet ad voluptatẽ,& vtile ad bonũ, vtrunq; enim vtriusq; effectiuum: si igitur voluptas quiddam bonum,& delectabile quiddam vtile erit: manifestũ enim qm̃ boni erit effectiuum, eo q voluptas
43. Loc⁹. Declatio. bonũ. Silr aũt,& in generationibus,& corruptionibus. Vt si ædificare est operari, ædificasse, operatum esse: & si discere est reminisci,& didicisse, recordatũ esse: & si dissolui est corrumpi,& dissolu
44. Loc⁹. Declatio. tum esse, corruptum esse,& dissolutio, corruptio quædam. Et in generatiuis vero,& in corruptiuis, silr,& in potentĳs,& vsibus,& omnino secundum quãlibet similitudinem,& interimenti,& con
H struenti inspiciendum, quemadmodum in generatione, & corruptione diximus. Nam si corruptiuum dissolutiuum, & corrumpi dissolui: & si generatiuum est effectiuum,& generari fieri,& generatio factio: silr,& in potentĳs,& vsibus: & oĩno, si potentia dispositio,& posse, disponi,& si alicuius vsus est actus, & vti agere, &
45. Loc⁹. Declatio. vsum esse, egisse. Si aũt sit priuatio id, quod opponit̃ speciei, duobus modis est interimere. Primum quidem si in assignato genere est oppositũ. Aut enim simpliciter in nullo genere eodem priuatio, aut non in vltimo: vt si visus in vltimo genere est, sensu: cæcitas non erit sensus. Secundo aũt, si & generi,& speciei opponitur priuatio, non est aũt oppositum in opposito: nec quod assignatũ
46. Loc⁹. Declatio. est, in assignato erit. Interimenti igitur, quẽadmodum dictũ est,
I vtendum: Construenti aũt vno modo: nam si oppositũ in opposito,& propositũ in proposito erit. Vt si cæcitas insensibilitas quæ
47. Loc⁹. Declatio. dam,& visus sensus. Rursum, in negationibus considerandum ẽ cõuerso, quemadmodum in accidente dicebatur. Vt si delectabile quod bonum, quod non bonum non delectabile: nam si non ita se habet, erit contra, non bonũ delectabile: at impossibile est, si bonũ genus est delectabilis, esse quicquã non bonum delectabile: nam de quibus genus non prædicatur, nec specierũ vlla. & construenti etiam silr inspiciendum, nam si non bonũ, non delectabile, delecta
48. Loc⁹. Declatio. bile bonũ: quare genus bonum, delectabilis. Si aũt sit ad aliquid species, considerandũ si & genus ad aliquid. Nam si species ad aliquid,& genus, vt in duplici,& multiplici: vtrunq; enim ad aliqd.
49. Loc⁹. Declatio. Si aũt genus ad aliquid, non necessario & spẽs. Nam disciplina ad aliquid, grammatica aũt non. An nec quod prius dictũ est verum

A rum videbitur: nam virtus ipſum quod bonū, & ipſum quod ho-neſtum. & virtus quidē ad aliquid, bonum vero & honeſtum non ad aliquid, ſed qualia. Rurſum, ſi non ad idem dicitur ſpēs, & ſe- 50. Loc⁹. Declatio.
cundum ſe, & ſm genus. Vt ſi duplum dimidij dicitur duplum, & multiplum dimidij oportet dici: ſi autem non, non erit multiplum genus dupli. Amplius, ſi non ad idem & ſm genus dicitur, & ſm 51. Loc⁹. Declatio.
omnia genera. Nam ſi duplum dimidij multiplū eſt, & abundans dimidij dicetur, & ſimpliciter ſm omnia ſuperiora genera ad dimidium dicetur. Inſtantia: quod non neceſſe eſt ſm ſe, & ſm genus ad idem dici: nam ſciētia ſcibilis dicitur: habitus aūt & diſpoſitio non ſcibilis, ſed animæ. Rurſum, ſi ſilr dicitur genus, & ſpēs ſecun- 52. Loc⁹. Declatio.
dum caſus. Vt ſi alicui, aut alicui⁹, aut quolibet modo aliter dicit: nā vt ſpecies, & genus, velut in duplo, & in ſuperioribus: alicuius enim & duplum, & multiplum: ſilr aūt & in ſciētia, alicuius enim
B & hæc, & genera: vt diſpoſitio, & habitus. Inſtātia aūt, ꝙ aliquo 53. Loc⁹. Declaratio.
ties non ſit: nam differens, & contrarium alicui, diuerſum autem, cùm ſit genus horū, non alicui, ſed ab aliquo: diuerſum enim dicit ab aliquo. Rurſum, ſi ſilr ad aliquid ſm caſus dicta, non ſilr conuertuntur. Quemadmodum in duplo, & multiplo: vtrunq; enim horum alicuius: & idem etiam ſm conuerſionem dicitur: alicuius enim & dimidium, & ſubmultiplum. Similiter aūt & in diſciplina, & opinione: nam & hæ alicuius, & cōuertitur: ſilr & diſciplinatum, & opinabile alicuius: ſi igitur in aliquo non ſilr conuertit, manifeſtū eſt non eſſe genus alterum alterius. Rurſum, ſi non ad 54. Loc⁹. Declatio.
æqualia ſpecies, & genus dicitur. Silr enim, & æqualiter vtrūq; vr dici, queādmodum in dono, & datione: nam & donū alicuius alicui dicitur, & datio alicuius & alicui dicitur: eſt autē datio genus
C doni, nam donū, datio eſt irreddibilis. In aliquibus autē non accidit ad æqualia dici: nam duplū alicuius duplum, abundans aūt & maius alicuius & aliquo: omne enim abundans, & maius aliquo abundat, & alicuius abundat: quare non ſunt genera, quæ dicta ſunt, dupli, eo ꝙ non ad ęqualia dicuntur ſpecie, aut non vr verū, ad ęqualia ſpeciē & genus dici. Videndum aūt & ſi oppoſiti eſt 55. Loc⁹. Declatio.
oppoſitū genus. Vt ſi dupli multiplū, & dimidij ſubmultiplum: oportet enim oppoſitum oppoſiti genus eſſe: ſi igit ponat aliquis ſcientiā idipſum quod eſt, ſenſum, oportebit & ſcibile id quod eſt ſenſibile eſſe, ſed non eſt: non enim oē ſcibile ſenſibile: nam intelligibilium quædam ſcibilia: quare non eſt genus ſenſibile ſcibilis: ſi aūt hoc non, neq; ſenſus ſcientiæ. Quoniam aūt eorū, quæ ad ali- 56. Loc⁹. Declatio.
quid dicuntur, alia quidem ex neceſſitate in eis, aut circa ea ſunt, ad quæ dicūtur, vt diſpoſitio, & habitus, & cōmenſuratio (in alio

enim

G enim nullo possibile est esse quæ dicta sunt, q̃ in eis, ad quæ dicuntur:) alia aũt non necesse est quidem in eis esse, ad quæ dicunt̃, contingit aũt quemadmodum scibile est in anima (nihil enim prohibet sui scientiam habere animã, non necessarium aũt: possibile est enim & in alio esse hanc eandem) alia vero simpl'r non contingit in eis esse, ad quæ dicuntur (vt contrariũ in contrario: neq; scientiã scibili, nisi sit scibile anima, vel homo:) considerare igitur oportet si quis in genere ponat quod tale est, in non tali. K

57. Loc9. Declaratio. Vt si memoriam immansionem scientiæ dicat: nam omnis immansio in mente, & circa illud: quare & scientiæ immansio, in scientia: memoria igitur in scientia, eo q̧ immansio, scientiæ est: hoc aũt non contingit: memoria enim omnis in anima. Est autem qui dictus est locus & accidens cõis: nihil enim refert, memoriæ genus immãsionem dicere, aut accidere dicere illi hoc: nam si quouis modo est memoria, immansio scientiæ, eadem aptabitur de ipsa ratio. L

H

Sermo de locis alijs generis. Cap. 4.

ABRAM

Loc9. 22. qui ẽ. 41. in Arist. lecta. Vigesimus secũdus locus sumitur à casibus, & coniugatis: & notum est, q̧ sit de locis communibus, & prædicantur in constructione, & destructione. verbi gratia, si scientia sit genus iustitiæ sciens est genus iusti, & si illa non sit genus, nec ille est genus.

Loc9. 23. qui ẽ. 42. Vigesimus tertius locus sumitur à simili proportionaliter. v.g. si fuerit proportio suauitatis ad voluptatem proportio iuuantis ad bonum, I vtrunq; enim illorum efficit vtrũq; istorum: & cum voluptas sit bona quatenus bonũ sit illius genus: sicq; suaue est etiam iuuans, quatenus iuuans sit eius genus: constitutio autem huius syllogismi concludentis per hunc locũ, est primæ speciei cõditionalis coniunctiui.

Loc9. 24. qui ẽ. 43, & 44. Vigesimus quartus locus sumit' à generatione, & corruptione, & genito & corrupto, & sil'r à virtutibus, & mutationibus. exempli gratia in generatione, si hominem ædificare habet

MANTINVS

Locus vigesim9 secũdus est sumptus à casibus, & à cõiugatis: & satis cõstat ipsum eẽ ex locis cõmunib9, seu ęquocis, fiũtq; ad cõstruendum, & destruẽdũ. exempli gratia, si scĩa est genus iustitię, ergo sciens est genus ad ipsum iustum, & si ipsa non fuerit genus, neq; ille erit gen9.

Locus vigesimus tertius est sumptus ab ipso simili s'm proportionẽ. exẽpli gratia, si eadẽ est proportio delectationis ad voluptatẽ, q̃ est ipsius vtilis ad bonũ, cũ vtrunq; ipsorum sit effectiuũ vtriusq; eorũ, voluptas vero sit bonũ, quaten9 ipsum bonũ est gen9 ipsius, ergo, & ipsum delectabile erit quoq; vtile, quaten9 vtile est genus ei9. Cõponit' aũt hic syll's concludens in hoc loco in primo modo cõditionalis cõiunctiuæ. M

Locus vigesim9 quartus est sumptus à generatione & corruptione, & à generato & corrupto, atq; ab ipsis potentijs, & transmutationibus. Exemplũ de generatione, vt si ædificare

ABRAM

A habet genus efficere, iam ædificaſſe habet genus iam feciſſe, & ſi genus addiſcendi ſit reminiſci, genus illi⁹, quod eſt didiciſſe, eſt meminiſſe. Et ſimiliter in corruptione, ſi genus illius, quod eſt dirui, ſit deſtrui, genus illius, quod eſt dirutum eſſe, eſt deſtructum eſſe, & ſimiliter ſi gen⁹ corrumpentis ſit diſſoluens, genus corruptionis eſt diſſolutio: & ſi genus geniti ſit factum, factio eſt genus generationis: & ſi genus potentiæ ſit diſpoſitio quædam rei, quæ
B eſt in potentia, genus eſt hac diſpoſitione pati: & ſi vſus alicuius rei genus ſit actio quædam agendi, genus eſt agere hac actione, & illius, quod eſt vſum eſſe, genus eſt egiſſe. Vis autem horum locorum eſt vna, & illa eſt ſimilitudo, quæ illis ineſt proportionaliter: ſicut enim ædificare ſe habet ad facere, ſic ædificaſſe ad feciſſe: & ſimiliter proportio corrumpentis ad corruptionem, eſt ſicut diſſoluentis ad diſſolutionem. Et ſimiliter inuenitur proportionalitas in reliquis ipſorum: & hi qui-
C dem loci ſunt ad conſtructionem, & deſtructionem.

Loc⁹. 25. q eſt. 45. & 46. Locus vigeſimus quintus, qui ſumitur ab oppoſitis ſecundum modum priuationis, & habitus, fit duobus modis. Quorum vnus eſt, ꝙ priuatio ſpeciei ſit in priuatione generis poſiti, qñ enim priuatio ſpeciei fuerit in priuatione generis, quod poſitum eſt genus non eſt genus. v.g. ſi viſus ſit ſenſus, cæcitas nõ eſt ſenſus. Secundus aũt eſt, ſi ſpeciei, & generi fuerit oppoſitum priuatiue, & ponitur ſpecies ĩ genere, expedit, quòd oppoſitũ ſit in oppoſito. verbi

MANTINVS

care eius genus eſt operari, ergo ędificaſſe eius genus erit operatũ iam eſſe, & ſi diſcere ẽ reminiſci, ergo didiciſſe, eius genus erit recordatum fuiſſe. Similiterq; dicẽdũ eſt de corruptione, nam ſi demoliri rem eius genus ſit corrũpere, ergo demolitũ fuiſſe, eius gen⁹ erit corruptũ fuiſſe: pari rõne ſi genus corruptiui ſit ipſum diſſoluẽs, ergo gen⁹ corruptionis erit ipſa diſſolutio: & ſi ipſius geniti genus ſit innouatũ, ſeu ortũ, ergo innouari, ſeu oriri, erit genus ipſius generationis, & ſi ipſius potẽtiæ gen⁹ ſit quędam diſpõ, ergo genus rei, q̃ eſt in potẽtia, erit pati ĩ aliqua diſpõne, & ſi vti aliqua re eius gen⁹ ſit operatũ fuiſſe aliquid, ergo ipſi⁹ vteť, genus erit operabiť tale opus; & dicere iã vſum fuiſſe, ei⁹ gen⁹ erit iã operatũ fuiſſe. Horũ aũt locorũ eadẽ eſt vis, nempe ſimilitudo ipſa, quæ eis ineſt ſm proportionẽ: nam eadem eſt proportio ipſius ædificabit ad ædificaſſe, quæ eſt ipſius operabitur ad operatũ eſſe, ſimiliterq; proportio corrumpentis ad corruptionem, quæ eſt diſſoluentis ad diſſolutionem: ſimiliſq; proportio reperiť in reliquis: & hæc loca poſsũt eſſe conſtructiua, & deſtructiua.

Locus vigeſimusquintus, qui eſt sũptus ab oppoſitis ſm priuationẽ & habitũ, fit duob⁹ modis. Primo, vt priuatio ſpeciei ſit priuatio generis aſsignati: nã, qñ priuatio ſpeciei fuerit in generis priuatione, tunc id, quod fuit poſitũ genus, non erit genus. exempli grã, ſi viſus eſt ſenſus, cęcitas nõ eſt ſenſus. Secũdo, ſi ſpecies, & gen⁹ habuerint oppoſitũ priuatiuum, & ponatur ſpẽs in genere, tũc, & ipm oppoſitũ erit ĩ oppoſito. exempli

ABRAM

G verbi gratia, si cæcitatis genus est priuatio sensus, aut nõ sensus, visus genus ẽ sensus. Et ambo hæc loca fiũt in destructione. In cõstructione vero fit hic secundus solum. Et notũ est, quòd constitutio loci destruentis sit secundæ speciei conditionalis coniunctiui, in qua repetitur oppositum consequentis, & concluditur oppositum antecedentis. Secundus autem constituitur ex prima conditionalis coniunctiui in constructione, in destructione vero in secunda. Et horum locorum vis est à rebus,
H quæ sunt deforis.

Loc⁹. 26. q est. 47. Vigesimus sextus locus sumit̃ ex illatione oppositorum secundũ modum negationis conuersionis, q notus est in conuersione contradictorij, de quo loco iam prædictum est in quęsitis accidentis. Veruntamen differentia inter illa est, quia ibi fit in cõstructione, & destructione: hic autem fit in destructione solum, & est demonstratiuus, & in constructione est vulgaris: exemplũ in destructione si suaue sit bonũ quoddam eo ꝙ bonum sit ipsi⁹ genus, qđ non est bonum, non est suaue. Deinde repetimus ꝙ id, quod non est bo
I num, sit suaue: sicq; concluditur in secunda conditionalis coniunctiui, ꝙ suaue non sit bonum. In constructione vero est huius contrarium, si quod non est suaue, non sit bonũ suaue est bonũ. Excepto quòd hinc sequitur, quòd bonum insit suaui, non quòd ei insit, prout vndiq; sit ipsius genus: si enim quod non est coruus non sit nigrum, non infertur ꝙ nigredo insit coruo, vt sit ipsius genus: Sic asseuerat Themisti⁹, & in eo est considerandum.

Vigesimus

MANTINVS

exempli gratia, si genus cęcitatis sit K
priuatio sensus ergo genus ipsius visus erit ipse sensus. Et hæc duo loca fiunt ad interimendũ. Sed ad construendũ fit tantũ is secundus. patet aũt hmõi compositionẽ loci interimentis fieri in secundo modo ipsius hypotheticæ coniunctiuę, in quo repetit̃ oppositũ cõsequentis, & infert̃ oppositũ antecedẽtis. Secundus vero locus componit̃ in primo mõ hypotheticæ, seu cõditionalis cõiunctiuę ad cõstruendũ: ad destruendũ vero in secũdo. Et vis hoꝝ locorũ est vis eorũ, q sumunt̃ à rebus extrinsecis. L

Locus vigesimus sextus est sumptus ex affirmatiõe oppositoꝝ facta ꝑ negationẽ ẜm contrarietatẽ, & est ille, qui dr̃ per contrariũ ẜm cõtradictionẽ, qui locus iã præcessit in problematibus accñtis, sed differũt, qa ibi fit cõstruẽdo, & destruendo, hic vero ad destruendũ tm̃, & est tunc demr̃atiuus, ad cõstruendũ vero est ꝓbabilis. Exẽplũ in destruẽdo, vt si delectabile ẽ bonũ quoddã, eo ꝙ bonũ sit gen⁹, ergo qđ nõ est bonũ, nõ ẽ delectabile, deĩde repetim⁹, sed id, qđ nõ est bonũ, est delectabile, & sic M
cõcludet in secũdo mõ ipsius hypotheticæ cõiunctiuæ, ꝙ nõ oẽ delectabile sit bonũ. Ad construendũ vero cõtrario modo se habet sic: si id, qđ nõ est delectabile, nõ est bonũ, ergo delectabile est bonum: veruntamẽ id, quod sequit̃ ex hoc est, ꝙ bonũ inest ipsi delectabili, non ꝙ insit ei quaten⁹ est eius genus omnino: nã si id, quod non est coruus, nõ est nigrum, ergo nõ sequitur, vt oporteat nigredinem inesse coruo, quatenus est eius gen⁹. Ita dicit Themistius, sed indiget consideratione.

Locus

ABRAM

A Vigesimusseptimus locus sumitur à relatione, & ipsius sunt multi loci, quorum primus est, si species sit relatiua, expedit suum genus esse relatiuũ: & ille est demonstratiuus, oportet enim vt dictum est, speciem & genus esse vnius prædicamenti: si autem genus sit relatiuum, quod vulgariter putatur, quòd nõ oporteat speciem esse relatiuam, quia scientia ẽ relatiua, & grammatica ei subest, & nõ est relatiua: hoc vero accidit ob nominis appellationem: Veritas autem est, quòd, quando genus fuerit relatiuum ipsius, etiam species ẽ relatiua.

Loc⁹. 27. q est. 48. 49. 50. 51 52. 53. 54 55. 56. & 57.

B Secundus locus est, si species referatur ad vnã eandem rem, expedit genus dici in comparatione huius ipsius rei: sin autem, non est genus. exempli gratia, si duplum dicatur relatione ad medium: expedit eius genus, quod est multiplex, dici etiam relatione ad medium: si autem non diceretur relatiuè ad medium, sed ad aliquam aliam rem, illud non est genus. Cuius instantia est, quia superans est dupli genus, & non dicitur relatiuè ad medium, sed relatione ad superatum, quod est medij genus.

C Tertius autem locus est ex parte dictionum habitudinis (qui latine secũdum casus nominatur) & est, quando species attribuitur alicui rei relatiuę secundum habitudinis dictiones: hoc est, secũdum casus, expedit & genus illa ipsa habitudinis dictione dici. Verbi gratia si dicatur duplũ dimidio duplum, per lamed acquisitionis, id est per datiuum, similiter dicitur multiplex. Huius autem loci instãtia est, quia contrarium dicitur tali contrarium: aliud autem quod est eius

MANTINVS

D Locus vigesimusseptimus ẽ sumptus à relatiuis, & habet plura loca. quoꝝ Primus est, si spẽs fuerit ad aliquid, tũc eius gen⁹ debet esse ad aliquid & ẽ locus demõstratiuus, qm̃ species & genus, vt dictũ est, debent esse eiusdẽ prædicamẽti, & si genus fuerit ad aliqd, tũc vr̃ probabile species non esse ad aliquid: nam sciẽtia est ad aliquid, & grãmatica cõtinet̃ sub ea, & tñ non ẽ ad aliqd: sed hoc cõtingit ꝓꝑ nominis appellationẽ: sed re vera, qñ genus est ad aliquid, eius quoq; spẽs est ad aliquid.

E Secũdus locus est si spẽs dicit̃ in relatione ad aliquid idẽ, gen⁹ quoq; debet dici in relatione ad eandẽ rem: alias enim nõ erit genus. exempli gratia, si duplum dr̃ in relatione ad dimidium, ergo ei⁹ genus, q̃d est, ipsum multiplũ, debet quoq; dici in relatione ad dimidiũ: & si non dicat̃ in relatione ad dimidiũ, sed in relatione ad aliqd aliud, tũc nõ est genus, cuius tñ instantia dat̃, qm̃ ipsum superadditũ seu abundans est gen⁹ ad duplũ eius, & tñ non dicit̃ in relatione ad dimidiũ, sed in relatione ad diminutũ, quod est gen⁹ ad ipsum dimidiũ. F

Tertius locus est sumptus ex dictionibus relationis. i. f̃m casum: nẽpe, vt cùm spẽs refertur ad aliquã rem relatiue ꝑ aliquã dictionẽ relationis, tũc & ipsum genus debet referri ad eã ꝑ eandẽ dictionẽ relationis. exẽpli gratia, si duplũ dicat̃ eẽ duplũ ad dimidiũ per hanc dictionem, s. propositionem ad, tunc & ipsum multiplũ eius gen⁹ debet referri ad dimidiũ per ꝓpositionẽ ad: sed hic locus habet instantiã, ꝓpterea ꝙ cõtrariũ dr̃ contrariũ f̃m se solũ, sed ꝓm aliud seu diuersum, q̃d ẽ gen⁹ ei⁹,

ABRAM

G eius genus, dicitur aliud à tali, non per literam acquisitionis, hoc est non per datiuum. Quartus locus est huic affinis quòd vtraque illa dicantur sine vlla habitudinis dictione, ad alterutra illorum, & non conuertantur reciproce, sicut conuertitur, scientia scibilis scientia, & scibile scientiæ scibile. Quintus locus est, si vnum illorum dicatur duobus modis habitudinis casualis, & alterũ nõ dicatur illis modis, quod positum erat genus non est genus: donatio enim, ex quo est actus illi⁹
H vnde deriuatur arabice, & flectitur dupliciter, aliquando dictione acquisitionis, idest datiuo, & aliquando sine acquisitionis dictione: dicimus enim condonaui eum, & condonaui ei: prout dicimus dedi eũ, & dedi ei: datio ẽ donationis gen⁹: datio enim aliqua est cum reditu, & aliqua est sine reditu: donatio autem arabice dicitur sine reditu.

I *Tota hæc pars in Abrami translatione desideratur, quantum à Iacob mantino conuersam esse videmus.*

MANTINVS

eius, dicit̃ sine aliqua præpositione, K
scilicet cõsignificatiua relatiõis, sed dr̃ hoc est aliud ẜm se, seu in genitiuo, vel ĩ datiuo & nõ in accusatiuo ꝑ præpositionẽ ad. Quartus locus, qui est quinquagesimus primus, est sil'is pręcedẽti, nempe, vt quodlibet eoꝝ dicatur ẜm aliquem casum seu propositione relationis, sed ꝙ vnũ eorũ non conuerti t conuersione relatiua ad alterũ, sicut cõuertit̃, cum dicimus scientia est scibilis scĩa, & scibile est scĩæ scibile. Quintus loc⁹ est, vt si vnũ eorum dicat̃ duob⁹ modis relationis, & alterũ nõ dicat̃ illis L
duob⁹ modis, tũc id, quod fuit positum pro genere, nõ erit genus: nam cũ verbũ deductum à donatione dupliciter ĩ lingua arabica vtimur eo, nam q̃nq; cũ casu, vel pronomine, q̃nq; sine aliquo casu, vel pronoĩe: nam dicimus cũq; donaui ei, & donatũ ẽ ad ipsum, sicut ẽt dicim⁹ dedi ei & dedi ipsum, idest ad ipsum, datio autẽ est genus ad donationẽ: q̃m datio aliqua est reddibilis, aliqua vero irreddibilis. Sed donũ est irreddibile in lingua arabica. M

Existimat igitur vt hoc idem sit necessariũ in ipso genere, s. vt referatur ad suũ correlatiuũ cõsimili modo, quo refertur species. Hæc tñ loca sunt inualida in ꝑsuadẽdo, quia sunt sumpta ex dictionibus: & oportet vt in hoc loco ipsum superãs sit gen⁹ ad duplũ, quia dr̃ ipsum superabundans duplũ ad hoc, & superadditũ, superadditum ad hoc, silr̃ & ipsum mai⁹, dicit̃, latione enim mai⁹ hoc. Themistius aũt iudicat hęc loca debere ab arte pp hoc refelli. Ali⁹ locus sumpt⁹ est à relatione, q tollit ne sensus sit genus sciẽtię, q̃m si esset

ABRAM MANTINVS D

esset genus, tūc oporteret, vt ipsum sensibile esset gen⁹ scibilis, quod tñ non est verum: qm̄ aliquod dat̄ intelligibile, quod nō est sensibile, vt ipsa intelligētia, vel intellectus, is tamen locus est valde rhetoricus, seu persuasiuus. Alius locus est, quia cū ipsa relatiua tripliciter reperiantur.

Primo, ea, quæ ex necessitate īsunt rebus, ad quas dn̄r correlatiue, vt iustitia, quæ semp inest iusto. Secūdo, ea, quæ possunt qn̄q; inesse suis correlatiuis, qn̄q; vero his, q̄ sunt extra ipsa. exēpli grā, scientia, quæ dr̄ in relatione ad scibile, & ad aīam scientē: scientia itaq; reperit̄ in aīa, E & in ipso scibili, quod quidem ē extra animam, & nō potest aliter esse: qm̄, cum contingit contemplationē fieri in anima, tunc scientia est omnino ī ipso scibili. Tertio, ꝙ impossibile est vllo pacto, vt ipsum relatiuum reperiatur in suo correlatiuo: vt contrarium, quod quidem dicit̄ in relatione ad suum cōtrarium, & tñ non potest inesse ei: si ergo res ita se habeat, consentaneum est, cū ex proprietatib⁹ ipsi⁹ relatiui hęc vna sit: nempe, vt has tres obtineat differentias, vt inspiciamus, si species re- F lata habeat vnam earum, genus vero non, tunc non est genus. exēpli gratia, si quis dicat memoriam esse mansionem scientiæ, ita, vt sit eius genus, qm̄ omnis mansio est in manente, cum ipsum manens denominetur p ipsam, ergo mansio scientię est in ipsa scīa, & memoria ipsa erit ergo in ipsa scīa, qa ipsa est mansio: memoria vero est in aīa, ergo mansio scientiæ nō est genus memoriæ. Omnia autem hæc loca sunt manifeste persuasiua: seu rhetorica.

De re eadem loci alij. Cap. 5.

G
58. Locus Declaratio.
RVrsum, si habitum in actu posuit, aut actum in habitu, non est genus quod tale est. Vt si sensum, motum per corpus: nã sensus habitus, motus autem actus. Similiter autẽ, & si memoriam habitum contentiuum opinionis dixerit: nam nulla memoria habitus, sed magis actus. Peccant aũt & qui habitum in cõ

59. Locus Declaratio.
sequentem potentiam ordinant. Vt mansuetudinem, continentiã irae: & fortitudinem, & iustitiam, timorum, & lucrorum cõtinentiam: nam fortis, & mansuetus, perturbatione vacans dicitur, cõtinens autem, qui perturbatur, sed non ducitur: fortasse igitur talis potentia sequitur vtrunq;, vt si perturbetur, non ducatur: verum continere non hoc est, hunc quidem fortem, illum autẽ mansuetum esse: sed omnino perturbari ab huiusmodi nihil. Aliquo

60. Locus Declaratio.
ties autẽ & quod sequitur, quouis modo: vt genus ponũt. Vt tristitiam, irae: & opinionem, fidei: vtraq; enim praedicta sequuntur

H
quidem quodam modo assignatas species, neutrum autem eorũ genus est: nam qui irascitur, cõtristatur, priore in eo tristitia facta. non enim ira tristitiae, sed tristitia irae causa est: quare simpliciter ira non est tristitia. Secundum autẽ haec, neq; fides opinio: contingit enim eandem opinionẽ etiam non credentem habere: non contingeret autem hoc, si fides esset species opinionis: non enim cõtingit idẽ amplius permanere, si ex specie oĩno permutatum sit: quẽadmodum nec idem aĩal qñq; hominẽ esse, & qñq; nõ. Si quis aũt dicat ex necessitate opinantẽ etiam fidẽ habere, de aequalibus opinio & fides diceẽ: quare neq; sic erit genus: de pluribus enim opor

61. Locus Declaratio.
tet dici genus. Videndum aũt & si in aliquo eorũ nata sint vtraq; fieri. In quo enim species, & genus, vt in quo album, & color, & in

I
quo Grammatica, & disciplina: si igitur verecundiam timorẽ dixit, aut iram tristitiam, non accidit in eodem speciẽ & genus esse: nã verecundia quidẽ in rationali, timor in irascibili, at tristitia in cõcupiscibili: nã in hoc, & voluptas, ira aũt in irascibili: quare nõ sunt genera, quae assignata sunt, eo φ non in eodẽ cũ speciebus nata sunt fieri: silr autem & si amicitia in concupiscibili, non erit voluntas quaedã: omnis enim voluntas in rõnali. Vtilis aũt hic locus & ad accidens, & id cui accidit: in eodẽ enim accñs, & cui accidit:

62. Locus Declaratio.
quare nisi in eodẽ videatur, manifestum; qm̃ non accidit. Rursum, si ꝓm quid spẽs dictum genus participat: non enim videtur ꝓm qd participari genus. Nam non est homo ꝓm quid aĩal, neq; grãmatica, ꝓm quid disciplina: silr aũt & in alijs. considerandũ igiẽ si in aliquibus ꝓm quid participaẽ genus, vt si aĩal quod sensibile vel visibile diciẽ: nam ꝓm quid sensibile, vel visibile animal, secũdum

corpus

A corpus enim ſenſibile,& viſibile,ſm animam aũt non: quare non
erit genus,corpus viſibile,& ſenſibile animalis. Latent autẽ q̃nq;, 63. Locus Decl'atio.
& totũ in parte ponẽtes. Vt aĩal, corpus animatũ:nullo enim mo
do pars de toto prædicat̃: quare nõ erit genus corpus animalis,eo 64 Locus
quod pars eſt. Videndum aũt ſi quid vituperandorũ, aut fugien- Decl'atio.
dorũ in poteſtate, aut potente poſuit. Vt Sophiſtã,vel calumniato
rem, vel furẽ eum, qui poſſit aliena latenter ſurripere:nemo enim
prædictorũ in eo ꝙ poſſit, aliquid horũ talis dicitur:põt enim &
Deus,& ſtudioſus,praua agere:non ſunt aũt hmõi:nam oẽs praui
ſm electionẽ dicũtur. Amplius,oẽs poteſtates eorũ ſunt,quę ſunt
eligenda:nam prauorum poteſtates eligendæ, eo ꝙ Deũ & ſtudio
ſum habere dicimus eas,potẽtes enim dicimus eos eſſe, praua age
re:quare nullius vituperabilis erit genus poteſtas. Si aũt non,acci
det vituperandorũ quiddam eligendũ eſſe:nã erit quædam pote-
B ſtas vituperabilis. Et ſi quid pp ſe honorabilium vel eligibiliũ,in 65 Locus
poteſtate vel potente,vel effectiuo poſuit. Nam oĩs poteſtas,& oẽ Decl'atio.
potens,aut effectiuum,pp aliud eligendum. Aut ſi quid eorũ,quę 66. Locus
ſunt in duobus generibus vel pluribus in altero poſuit. Quædam Decl'atio.
enim non eſt in vno genere ponere: vt fraudulentum, aut calum-
niatorẽ:neq; enim qui eligit,impotens aũt,neq; qui poteſt, at non
eligens,calumniator, aut fraudulentus: ſed qui vtraq; hæc habet:
quare non ponenda ſunt in vno genere, ſed in vtroq; eorum quæ
dicta ſunt. Amplius,aliquoties è conuerſo, genus quidem vt dif- 67. Locus
ferentiam, differentiam autem vt genus aſſignant. Vt ſtuporem, Decl'atio.
ſuperabundantiam admirationis,& fidem vehementiam opinio-
nis:nam neq; ſuperabundantia,neq; vehementia genus, ſed diffe-
rentia: videtur enim ſtupor, admiratio eſſe ſuperabundans: & fi-
des,opinio vehemẽs: quare genus admiratio,& opinio eſt: ſuper-
C abundantia autem,& vehementia differentia. Amplius,ſi quis ſu
perabundantiam,& vehementiam,vt genera aſſignet,inanimata
fidẽ facient,& ſtupefacient:nã,cuiuſq; vehementia, & ſuperabun
dantia illi adeſt, cuius eſt ſuperabundantia,& vehementia:ſi ergo
ſtupor ſuperabũdantia eſt admirationis,aderit admirationi:qua-
re admiratio ſtupefaciet:ſil'r autẽ & fidès aderit opinioni, ſi vehe-
mentia quidẽ opinionis eſt: quare opinio fidem facit. Amplius,
accidet ſic aſſignãti vehementiam vehementem dicere, & ſuper-
abundantiam ſuperabundantẽ: eſt enim quędã fides vehemens:ſi
ergo fides vehementia eſt, vehementia erit vehemens: ſil'r autem
& ſtupor quidam & ſuperabundans: ſi ergo ſtupor eſt ſuperabun
dantia, ſuperabundãtia erit ſuperabundans: vr̃ autem neutrum
horũ,quemadmodũ nec diſciplina diſciplinatũ, nec mot⁹ motũ.

G Quandoq; aũt peccant, & passionẽ in genere eius quod passum K
68. Loc⁹. Declatio. est ponentes. Vt immortalitatẽ vitam sempiternã dicẽtes esse: passio enim vitæ & accñs immortalitas vr̃ esse: q aũt verum sit quod dicitur, manifestũ fiet, si quis admittat aliquẽ ex mortali fieri immortalẽ: nullus enim dicit aliã vitã eũ sumere, sed accñs aliquod, vel passionẽ huic eidem aduenire: quare non genus vita, immortalitatis.
69. Loc⁹. Declatio. Rursum, si passionẽ cuius est passio, illius genus dicit eẽ. Vt spiritũ aerem motum: magis enim motus aeris, spiritus: nã, aer idem permanet, & qñ mouetur, & qñ stat, quare non est omnino aer spiritus: esset enim & non moto aere spiritus, si quidem idẽ aer permanet, qui quidem erat spiritus: similiter aũt, & in alijs hmõi. Si igitur, & in hoc oportet admittere q aer motus, est spiritus, nõ tamen de omnibus huiusmodi est assignandum, de quibus nõ ve-
H rificatur genus, sed de quibuscunq; vere prædicatur assignatum genus: nam in quibusdã non videtur verificari, vt in luto, & niue: L
nam niuem dicunt esse aquam coagulatam, lutum autem terram humido temperatam: est autem neq; nix aqua, neq; lutum terra: quare neutrum assignatorum generum erit genus: oportet enim genus verificari semper de omnibus speciebus: similiter aũt neq; vinũ est aqua putrefacta (sicut Empedocles dicit, in ligno putruit vnda) nam simpliciter non est aqua.

Sermo de alijs Generis locis. Cap. 5.

ABRAM

Loc⁹. 28. qui ẽ. 58. Vigesimusoctau⁹ locus ẽ, quãdo quis ponit habitum genus actus, aut actum gen⁹ habitus. Exẽ-
I plum positionis habit⁹ genus act⁹, est sermo dicentis, quòd medicina sit genus regiminis conualescentiũ: conualescẽtium nanq; regimen nõ est species medicinæ, sed ipsum regimen est ipsamet medicina. Exemplum autem huius, qui posuit actũ genus habitus, est, prout qui dixerit genus febris esse actionũ nocumentum: notum autem ẽ, quòd qui poneret genus huiusmodi, abstulerit ab eo prædicationem in eo q quid sit. Et ideo hic locus est demonstratiuus in destructione.

Vigesimus

MANTINVS

Vigesimusoctauus locus est, si aliquis ponat habitũ esse gen⁹ ad actũ, vel actũ ad ipsum habitũ. exempli gratia, qui ponit habitum M
esse genus ipsius actionis, seu actus, est, vt si dicat medicinam esse genus ad regimen conualescentium: quoniam regimen conualescentiũ non est vna specierum artis medicę: sed ipsum regimen est ipsamet medicina. Exemplum vero eius, qui ponit ipsum actum genus ad habitum, vt si quis dixerit, genus ipsius febris eẽ læsionem operationis. Manifestum autem est, quòd qui ita describit genus, tollit prædicationem in eo qđ quid est: & ideo is locus est demonstratiuus in destruendo.

Locus

A ABRAM

Loc⁹. 29. q est 59. & 60. Vigesimusnonus locus est, quia ponere rem illud consequētem, indicium est ponere in potentia habitum consequentem ipsam: hoc est: ponere potentiam genus ipsius habitus. verbi gratia, qui poneret mansuetudinem & fortitudinem continentiam ab ira & timore, & constantiam à fuga: fortis enim & mitis est aliud, q̃ continēs: fortis enim est, quem non aggreditur timor: cō stans autem ē qui se cohortatur ad ferendum res terribiles: & similiter continens est, quem nō aggreditur B iracundia: constans autem est, quē aggreditur accidens iracundię & se detinet in illa. Et ideo dicitur quòd habens habitum sit, quem non aggrediuntur accidentia, constans autem est, quem aggrediuntur accidentia, & detinet se in illis, & vt vniuersalius inquam, constare anima est causa inessendi habitum constanti. Et ideo, quando est habitus, sequit necessario ꝙ sit potentia præcedēs ipsum, & nō sequitur, ex quo cōstantia pręcedit habitum ꝙ sit illius genus: hoc autem est per se notum. Et hinc ponendum est tristitiā C esse genus iræ, & opinionem, genus assertionis: tristitia enim sequit ab essendo iram: impossibile enim est irascentem non contristari, & tristitia est causa iræ. Neq; etiam opinio est genus assertionis, & si præcedat esse ipsam, & hæc illā sequatur: veritas enim primo fuit opinio: quando aūt aucta & roborata est, fit assertio. Nullum autem genus est huius conditionis, hoc autem existente, vt præscripsimus, cōsequens, quod fallit ponentem genus secundum basim, est tripliciter, aut ꝙ cōsequēs sit sicut

MANTINVS D

Locus vigesimusnonus est, si ponat res pro re, quæ ad illā sequit, vt ꝙ ponat habitus pro potentia, q̃ illū sequit, hoc est ꝙ ponatur potētia genus ad habitū. Exempli grā, si quis ponat mansuetudinē esse continentiam iræ, & fortitudinē continentiā timoris, & abstinentiā à fuga. Nam ipse fortis ac mansuetus differūt ab ipso continente, nā fortis est, qui nō afficit timore, cōtinens vero, qui resistit rebus incutientibus timorem: silrq; & mansuetus, qui ira non afficit, ab eaq; se abstinet, cōtinens vero, quē aggreditur aliquod accidēs E iræ, & tñ non perturbatur ab ea, sed resistit ei: & ideo dr, ꝙ qui habet aliquem habitū, est ille, quē nō aggrediunt passiones, seu casus ipsi: sed cō tinens est ille, quē perturbationes ag grediuntur, & infestant, sed nō perturbatur ab eis, sed resistit eis, & (vt verbo dicā) ipsa cōtinentia est cā, vt reperiat habitus in ipso continente: & ideo, si reperit ipse habitus, necesse est oīno, vt reperiat potentia, quæ eū præcedat: neq; propterea sequit, si continentia præcedit habitum, vt propterea sit eius genus: & hoc per- F spicuum est. Similiterq; ponere tristitiā genus ad irā, & opinionē gen⁹ ad fidem, quia tristitia necessario sequit ad ipsam irā, qm̄, qui irascitur, impoīe est, quin cōtristetur, & ipsa tristitia est causa iræ, neq; opinio ēt est gen⁹ fidei, licet p̄cedat eius esse, sequit aūt ad ipsā, qm̄ fides primo est opinio, postea vero ipsa aucta & firmata fit fides, sed nō dat hmōi gen⁹: si ergo res ita hēt, sequit vt illud consequēs, in quo peccat, qui ponit ipsum eē gen⁹, est vnū horum triū, nēpe vel vt ipsum cōsequēs sit in potentia

G Sicut potẽtia ad habitum, prout est potentia ad cateruam terribilium, quæ est habitus, qui est ipsa fortitudo, aut sicut causa alicui⁹ rei, prout tristitia efficit iracundiam, aut sicut res remissa debilis virtutis, prout est opinio cũ assertione: opinio enim est debilis assertio: & hinc errauit q posuit progressum genus cursus.

Loc⁹. 30. qui ẽ 61. Trigesimus autem locus est, ꝙ cõsideremus, an moris speciei & generis sit, ꝙ sint in vno subiecto, in quo est species, in illo sit genus: sin autẽ, H illud non est genus, prout sunt albedo & color, quia in quo est albedo, in illo est color: si quis autem poneret timorem genus pudoris, & tristitiam genus irę, nõ esset genus illud, quod poneretur: pudor enim est in parte cogitatiua, & timor in animi excitatiua, & tristitia in concupiscibili, & ira & contentio in irascibili. Hic aũt locus est demõstratiuus: si enim spẽs insit alicui subiecto, ꝑm ꝙ inter ea est essentialis habitudo, genus necessario inest illi. Et hic locus iuuat ẽt ipsum accidens: vulgatum enim est, ꝙ accidens & res qua I accidit, insint vni eidem rei: si autẽ non insint vni rei, illud non est accidens. Et huius loci instãtia est, quia rubor pudẽtis & pallor timẽtis sunt duo accidentia, quæ insunt faciei, & consequuntur ob animę affectum.

Loc⁹. 31. qui ẽ 62. Trigesimus prim⁹ locus est, ꝙ cõsideremus, si genus non prędicet̃ de specie simpliciter, sed prędicetur de ea adiectione connexæ clausulæ, & conditionis, illud non est genus: & hanc ob causam sentiẽs & vidẽs nõ est gen⁹ animalis: animal enim sentit ꝑ eius partem, quæ est ipsius aĩa. Et ille locus est demonstratiuus.

Trige-

tentia ad habitũ, sicut ẽ potẽtia sup K cõgregationẽ terribiliũ, q̃ reperitur in ipso habitu, qui est fortitudo: vel vt sit cã rei futuræ, vt tristitia, q̃ efficit irã, vel vt res exigua imbecillis roboris, vt ẽ opinio ad ipsam fidẽ, seu certitudinẽ: nã opĩo ẽ debilis fides, vel certitudo debilis: hinc errat, qui ponit ambulatiõis gen⁹ ipm cursũ.

Trigesim⁹ locus ẽ, vt inspiciam⁹ vtrũ gen⁹ & spẽs sint apta nata esse in eodẽ subiecto, tũc enim ĩ quo reperit̃ spẽs, reperiet̃ & genus: aliàs. n. nõ est genus, vt albedo & color, nã in quo inest albedo, in eodẽ reperit̃ L & color. Et si quispiã dixerit timorem esse gen⁹ verecũdiæ, & tristitiã genus irę, nõ recte assignauit gen⁹, qm̃ verecũdia est in parte rõnali, timor vero in irascibili, & tristitia in cõcupiscibili, & ira in irascibili. Isq; locus ẽ demr̃atiu⁹: nã, si spẽs reperitur in aliquo subiecto, ꝑpea q̃ habent inter se quãdã habitudinẽ demonstratiuã, tũc de necessitate gen⁹ reperiet̃ in eo. Is aũt locus ẽ vtilis ad ipsum accñs, nam manifestũ est, ꝙ accidens, & id, ꝑp quod ipsum accidit, sunt in eadẽ met re, & si non exi M stant in eadem re, tũc erit accidens: sed hui⁹ loci instãtia est, qm̃ rubor verecũdi, & pallor timẽtis sunt duo accidentia, quæ existunt in facie, & tñ insequuntur animæ passionem.

Locus trigesimus prim⁹ est, vt ꝯsiderem⁹: nã, si genus non prædicet̃ de specie simplr̃, sed prædicet̃ de ea ꝑm quid, & cum conditione, tũc nõ est genus: & ob hanc causam nec ipsum sensitiuum neq; visiuum ẽ genus ad animal, qm̃ animal est sensitiuum parte eius, quæ est anima: & est locus hic demonstratiuus.

Trigesimus

ABRAM

A Trigeſimusſecũdus locus eſt, ꝙ totum ponatur in parte, hoc eſt, ꝙ totũ ponatur partis ſpecies, prout qui poſuit lutum genus terrę: nam terra eſt pars luti. Et hic locus eſt, quod deeſt prædicatio in eo quòd quid ſit.

Locus. 32 qui ē 63.

Locus. 33 qui ē 64. & 65.

Trigeſimustertius locus eſt, ꝙ cõſiderem⁹ an poſuerit aliquam rerũ turpium, quarum fuga eſt in potentia illius quē illæ attingũt, pro quo quis poneret ſophiſtam illum, qui adipiſceret̃ opes & magiſtratus per ſciam, & latronem illum, qui poſſet B furari: hic enim denominauit aliquem ſm aliquam rem in actu, in eo ꝙ quid res ſit, quatenus illa ineſt illi in potentia. Eximius enim rerũ ſtudioſus prępotens poſſet praua facere, ſed non faceret malum. Et iterum, quia potentiæ ſunt eligendæ, ipſas enim ineſſe habentibus potentias fit ob duarum operationũ præſtantiorē. Si aũt fecerit malam. i. per accidens: & ideo non ſunt turpes ſecundum ſe: & ſimiliter fit, ſi poſuerit aliquam rerum eligendarum in potentia ad illas. Potentia enim eſt eligenda propter aliud. Et vniuerſaliter hic locus redit ad eum, in quo C ponitur pro re ipſius euentum.

Locus. 34 qui ē 66. & 67.

Trigeſimusquartus locus eſt, ꝙ conſideremus ſi ſpēs ſit de illis, quarum moris eſt eſſe in pluribus, q̃ in vno gñe, & poneret̃ in vno, illud nõ eſſet genus: prout latro, qui eſt eligens & potens, non. n. eſt latro qui eligit, & non põt, neq; iterũ qui põt & non eligit. Themiſtius aũt dicit, ꝙ hic locus eſt falſus, qm̃ non inuenitur aliqua res, quæ ſubſit duobus generibus ſupremis ex vna parte: & hoc eſt ĩpoſſibile niſi in p̃dicamẽto rela-

MANTINVS

Trigeſimusſecundus locus eſt, ſi ponat̃ totum in parte, i. vt ponat̃ totũ ſpecies partis, vt ſi quis poneret genus ipſius luti ipſam terram, terra ſit pars lati, & in loco deeſt prędicatio in eo quod quid eſt. D

Locus trigeſimustertius eſt, vt inſpiciam⁹ ſi ponatur aliquid vituperandorũ, vel fugiendorũ in potentia, vt propterea ꝑueniant actu: vt ſi quis ponat, ſophiſtam eſſe qui põt diuitias præſtare, ſcientiamq; apparentē tradere, & furē qui poſſit aliena ſurripere bona. Qm̃ non denominabit̃ aliquis aliqua re actu, eo modo, quo denoĩatur, quatenus eſt E in potentia ad illam rē. Nã Probus Rex habens poteſtatē, põt vtiq; malum agere, ſed non aget malũ, poteſtates præterea eligunt̃ ꝑ ſe, qm̃ reperiunt̃ in habentibus ipſas poteſtates pp meliorem duarũ actionũ, & ſi agãtur in malam partē, illud erit ꝑ accidens, & ideo, illa non ſunt ꝑ ſe vituperãda: ſimiliterq; ſi quis poſuerit aliquod eligibilium in potentia, qm̃ potentia eligit̃ pp aliud: & tandem hic locus reducit̃ ad eũ, in quo ponetur res pro eius cõſequente, vel accidente. F

Trigeſimusquartus locus eſt, vt inſpiciamus vtrum ſpēs aliqua poſſit ex natura ſua poni ſub pluribus generibus vno, & ponat̃ ſub vnico genere, tunc illud non eſt genus: vt fur, qui eſt eligēs, & potens: nã nõ ē fur qui eligit, & nõ eſt potens, neq; qui eſt potens, & nõ eligit. {Themiſtius aũt dicit}, ꝙ hic loc⁹ eſt falſus, qm̃ non reperitur aliquid, quod includatur ſub duobus generibus ſupremis vnica & eadem ratione: hoc aũt non põt fieri, niſi in p̃dicamẽto rela-

G ABRAM | MANTINVS

relationis, ex quo illud euenit oĩbus prædicamentis. Et dicit, ꝙ si ponat̃ latro in electione, & potestate est error circa illum, qua ponitur res in suum euentum, nec illorum aggregatum est illius genus. Hoc autem est considerandum.

Locus. 35 q est 68. & 69. Trigesimusquintus locus est, ꝙ ponatur patiens genus ipsius passionis, prout diceretur ꝙ priuatio mortis sit vita ęterna, ęstimatur enim, ꝙ priuatio mortis sit accidẽs, aut passio vitæ æternæ: si aũt priuatio mortis esset vita, priuatio esset ipse habitus: & siľr qui diceret, ꝙ ventus sit aer motus, prius enim esset, ꝙ ventus esset ipsius aeris motus, aer.n. est aer, siue quiescat, siue moueatur, & si ventus esset aer, esset ventus illo quiescente. Huius autem basis est, quia genus verificatur de speciebus in eo ꝙ quid sit. Huius aũt loci contrarium est, vt qui posuit aerẽ motum, esse ipsum ventum.

relationis, quia cõsequitur omnia K prædicamenta. Dicit igitur, ꝙ, si ponat̃ fur ꝑ electionem & potestatem, peccat̃, propterea quia ponitur res ꝑ suum cõsequens: illorum enim aggregatum non est suum genus, hoc tamen indiget consideratione.

Locus trigesimusquint' est, cùm ponit̃ ipsum patiẽs genus passionis. vt si quis dicat immortalitatem esse vitam sempiternam, q̃m immortalitas vr̃ esse accidens, vel passio ipsi' vitæ sempiternę, si igit̃ ipsa immortalitas esset vita, tunc ipsa priuatio esset habit', similiterq; qui dicit ven L tum esse aerem motũ, q̃m potius vẽtus est motus aeris, cùm ipse aer sit aer iam quiescẽs, q̃ motus: sed si ventus esset aer, tunc esset ventus, dum quiescit: & huius rei fundamẽtum est, ꝙ genus vere dr̃ de speciebus in eo quod quid est: sed huius loci cõtrarium est, si quis posuerit aerem motum esse ventum.

De genere loci alijs. Cap. 6.

70. Locus Declatio. AMplius, si omnino quod assignatũ est, nullius est gen'. Manifestum enim, q̃m neq; eius, quod dictũ est. Considerandum aũt ex eo quod nihil eorũ differt specie', quæ partici-

71. Locus Declatio. pant assignatũ genus. Vt nihil alba differũt specie, ipsa à seinuicẽ: omnis aũt generis sunt species differentes: quare nullius erit albũ M

72. Locus Declatio. genus. Rursum, si quod omnia sequitur, genus, vel differentiam dixit. Plura enim sunt, quæ omnia sequuntur: vt ens, & vnum eorum sunt, quæ omnia sequunt̃: si igitur ens genus assignauerimus, manifestũ, q̃m oĩum erit genus, eo ꝙ prædicatur de eis: de nullo enim genus q̃ de speciebus prædicatur: quare & vnum spẽs erit entis: accidit ergo de oĩbus, de quibus genus prædicatur, & spẽm prædicari, eo ꝙ ens, & vnum de oĩbus simpliciter prædicantur: oportet autem de paucioribus speciẽ prędicari. Si autẽ quod omnia sequitur, differentiam dixit, perspicuum q̃m de ęqualibus, vel de pluribus differentia q̃ genus dicetur. Nam, si & genus omnia sequitur, de æqualibus: si vero non omnia sequatur genus de pluribus

A ribus differentia dicetur q̄ ipsum genus. Amplius, si in subiecta specie est, quod assignatū genus dicit. Vt album in niue: quare manifestum q̄m non erit genus: de subiecta enim specie solū gen⁹ dr. Considerandum autem etiam est, si non vniuocum sit genus spēi. Nam de oībus speciebus vniuoce genus prædicatur. Amplius, q̄n existente & speciei, & generi contrario, si quod melius contrariorū est, in peiori genere ponit. Nam accidet reliquū in reliquo esse, eo q̄ contraria in contrarijs generibus: quare quod deterius est, in meliori erit: at vr̄ melioris, & genus melius esse. Et si eodem silr̄ ad vtraq̄ se habente, in peiore, & non in meliore genere ponit. Vt aīam ipsum quod est agitationem, aut agitatum: nam pari mo do eadem statiua, & agitatiua esse vr̄: quare si melius statio in hoc oportet genere ponere. Amplius ex magis, & minus. Destruenti

73. Loc⁹. Declaratio. 74. Loc⁹. Declaratio. 75. Loc⁹. Declaratio. 76. Loc⁹. Declaratio. 77. Loc⁹. Declaratio.

B quidem, si genus suscipit magis, species aūt nō suscipit, neq̄ ipsa, neq̄ quod ab ipsa dicitur: vt si virtus suscipit magis, & iustitia, & iustus: dicitur enim iustus magis alter altero: si igitur assignatum quidem genus magis suscipit, species autem non suscipit, neq̄ ipsa neque quod ab ipsa dicitur, non erit quidem assignatum genus.

Rursum, quod magis videtur, vel similiter, non est genus: manifestum, q̄m nec quod assignatum est. Vtilis autem hic locus in talib⁹ maxime, in quibus plura videntur de specie in eo quod quid est prædicata, cùm non determinatum est, neq̄ promptum nobis est dicere, quodnam eorum genus: vt de ira, tristitia, & opinio paruipendentiæ, in eo quod quid est prædicari videtur: contristatur enim iratus, & opinatur paruipendi. Eadem autem cōsideratio, & in specie ad aliud aliquid comparanti. Nam, si quod magis, aut

78. Loc⁹. Declaratio.

C similiter videtur esse in assignato genere, non est in genere, manifestum, q̄ neq̄ assignata omnino species erit in genere: interimenti igitur quemadmodum dictum est, vtendum. Astruenti vero si quidem suscipit magis quod assignatum est genus, & species, non vtilis locus: nihil enim prohibet vtrorumq̄ suscipientium non esse alterum alterius genus: nam bonum & album suscipit magis, & neutrum neutrius genus. Generum autem, & specierum ad seinuicem comparatio, vtilis: vt si similiter hoc, & hoc genus: si alterū genus, & alterum: similiter autem & si quod minus, & quod magis: vt si continentiæ, magis potestas, quàm virtus genus, virtus autem genus, & potestas. Eadem autem, & de specie conuenit dici: nā si similiter hoc, & hoc propositi species: si alterū species, & reliquum: & si quod minus vr̄ species est, & q̄d magis. Amplius, ad construendum: perspiciendum si de quibus assignatum est genus, in eo quod quid est prædicatur: cùm nō sit vna assignata species

79. Loc⁹. Declaratio.

cies

G cies, sed plures, & differentes. Nam manifestum quoniam erit genus.
80. Loc⁹. Declaratio. Si autem in assignato species est, considerandum & si de aliis speciebus genus in eo quod quid est prædicatur. Nam, rursus accidet
81. Loc⁹. Declaratio. de pluribus, & differentibus idem prædicari. Quoniam autem videtur in quibusdam, & differentia in eo quod quid est de speciebus prædicari, separandum est genus & differentia, vtenti iis quæ dicentur elementis. Primum quidem, quoniam genus de pluribus dicitur quam differentia. Deinde, quoniam secundum eius (quod quid est) assignationem, magis conuenit genus, quam differentiam dicere. Nam, qui animal dicit hominem, magis indicat quid est homo, quam qui gressibile. Et quoniam differentia quidem qualitatem generis semper significat: genus autem, differentiæ non. Nam qui dicit gressibile, quiddam animal dicit: qui vero animal
82. Loc⁹. Declaratio. dicit, non dicit quale quiddam gressibile: differentia igitur à genere sic separanda. Quoniam autem videtur Musicum, qua Musicum est, sciens
H esse: & Musica scientia quædam est: & si ambulans eo quod ambulat mouetur, ambulatio motus quidem est: considerandum in quo genere vult quippiam construere secundum dictum modum. vt si scientiam ipsum quod est fidem: si sciens quatenus scit, fidit: manifestum enim quoniam scientia fides quædam erit. eodem autem modo, & in aliis huiusmo
83. Loc⁹. Declaratio. di. Amplius, quoniam quod sequitur aliquid semper, & non conuertitur, difficile est separare, quod non sit genus, si hoc quidem illud sequitur omne, illud vero hoc non omne. Vt tranquillitatem quies, & numerum diuisibile, è conuerso autem non: nam diuisibile non omne, numerus, neque quies omnis, tranquillitas: ipso quidem est vtendum, vt genere quod est semper consequens, cùm non conuertatur alterum: cùm autem alterum se extendit non in omnibus, obsequendum. Instantia autem huius: quoniam non ens sequitur omne quod fit (nam quod fit non est) non con-
I uertitur (non. n. omne quod non est, fit) attamen non est genus non ens eius quod fit: simpliciter enim non sunt non entis species. De genere igitur quemadmodum dictum est, transeundum.

Sermo de nonnullis aliis locis Generis. Cap. 6.

ABRAM

Loc⁹. 36. q. est. 70. TRigesimus sextus locus est, si res denominatæ per genus non differant per aliquam differentiarum: prout qui poneret album genus rerum albarum.

Loc⁹. 37. q. est. 71. & 72. Trigesimus septimus locus est, quod ponatur consequens omnes res genus alicuius rei: vt qui poneret vnum & ens genus decem prædicamentorum: opor-

MANTINVS

LOcus trigesimus sextus est, cum ea, quæ pro genere assignantur non differant aliqua differentia, vt si quis dicat album esse genus rerum albarum.

Locus trigesimus septimus est, cum ponitur quod sequitur ad omnes res esse genus alicuius rei, vt si quis ponat vnum & ens esse genus decem prædicamentorum, quia

ABRAM

A oporteret enim, quòd ens esset gen⁹ vnius, & vnum genus illius, ex quo vtrunque eorum verificatur de alterutro, & esset vna eadem res, relatione vnius eiusdem rei, aliquando genus, & aliquando species: hoc autẽ est falsum, quia genus prædicatur de pluribus, quàm prædicetur species. Sicq; etiam errat qui poneret talia consequentia differentias: cõsequens enim rem sicut non largitur ipsius quidditatem, sic nõ largitur qualis res sit: & ob hoc sequeretur, ꝙ differẽtia esset æqualis generi
B aut eo vniuersalior.

Loc⁹. 38. ꝗ est. 73. Trigesimus octauus locus est, si genus denominatũ dicatur in subiecto, nõ de subiecto, & species de subiecto, illud non est genus: sin autẽ, accidentia essent genera substantiarum.

F Nonus autem locus est, ꝙ definitio conueniat rebus maxime æstimationis huius rei, & non omnib⁹ rebus, quæ sunt in illa, vt q definierit hominem, ꝙ esset animal philosophicum, hoc enim est verax de optima specie hominum: & similiter qui definiret rem publicã ꝙ sit q̃ sua statuta facit maxime commendanda: definiuit equidem optimam rem publicam, non omnem rem publicam: & similiter est qui definiret Medicum ꝙ sit quem non lateat de medicamine, quo ipsum medetur ali-

G aliqua res, quam decernit ars Medica: hæc enim definitio quasi nõ est verax de Hippocrate & Galeno, tanto fortius de alijs. Hęc itaq; sunt loca communia oĩbus prædicamẽtis.

Sermo đ locis definitionũ rerũ, quas signãt p orõnẽ cõpositã vice nominis sĩplicis, hocẽ, qñ ñ eẽt illis no- H men simplex, prout dicim⁹ angulum planũ & lineã rectam, & corp⁹ qntum.

PRimus autem horum locorum est, ꝙ consideremus partes definitionis sumptas in compositi definitione, & si abstulerimus vnã partem ab altera duarum partium definitionis ipsius compositi, non remanet residua oratio definitio conueniens alteri rei, & illa non esset definitio. verbi gratia, qui definierit lineam rectam, ꝙ sit vltimum superficiei, cuius mediũ non occulit duo extrema: quando nãq; auferres ab hac oratione vltimum superficiei, quæ erat pars definitionis lineæ rectæ, & dicis cuius medium nõ occulit duo extrema, non est definitio omnium linearum rectarũ, ex quo lineæ infinitę non est medium, neque extrema.

Secundus locus est, ꝙ proferatur oratio composita vice nominis simplicis illi æqualis: qui enim sic ageret, non definiret, sed commutaret nomen pro nomine, vt qui proferret nomẽ simplex pro nomine sim- I plici, non definiret. verbi gratia, vt qui definiret in lingua Arabica leonem furientem, ꝙ sit leo prau⁹, siue latine tunicam nigram, ꝙ sit colobium atrum, & eo magis, quando non proferret nomen notius, q̃ sit oratio illa, vt qui definiret lapidem album, ꝙ sit lapis niueus: album. n. notius est quàm niueum.

Tertius locus est, ꝙ cũ cõmutatione orationis cum oratione non seruaret vnam eandem rationem, vt qui diceret vice scientiæ speculatiuę, ꝙ sit opinio scientifica: opinio enim non significat id, quod signi- K ficat ipsa scientia, nec ipsarum significatio est vna, & cum hoc significat differentiam, quæ est, dum dicimus in genere, speculatiuum, & ille dicebat scientificum.

Quartus locus est, ꝙ relinquant᷑ quædã nomina, quæ sunt vt dictiones in definitione, & aliqua alia ꝑmutentur, & quod omittitur sit notius, quę est dictio significans gen⁹, & quod commutatur sit ignotius, quæ est dictio significans differentiam, quia ille non proferret orationem illius vice, quæ largiatur naturam differẽtiæ, nisi dictionem sim- L plicem, vt qui definiret numerum parem, ꝙ sit habens medium: dicere enim medium verax est de quantitate continua, & discreta: si autem adderet in definitione medium numerale, esset definitio perfecta, & vice dictionis simplicis proferret orationẽ: & huic simile fecit Euclides in definitione anguli plani, quãdo dixit, ꝙ sit agonus, qui fit ex cõcursu duarum linearum nõ recte se incidẽtium in ęqua superficie. Et hoc fortior est ꝙ obseruetur dictio significans differentiam, & permutetur dictio significans genus: sicque ob- M seruaretur latentius, & commutaretur manifestius.

Hęc sunt loca definitionum, quę inseruimus ordine quo ea inseruerunt Theophrastus & Themisti⁹, ex quo hic magis subintrat ordinem artificiosum, & fit faciliorís commemorationis.

ARISTOTELIS TOPICORVM LIBER SEPTIMVS.

SVMMA LIBRI.

De locis Eiusdem, & Diuersi, deq; locis constructionis, & destructionis prędicatorum.

De Eodem & Diuerso loci. Cap. I.

1. Locus. Declaratio.

Trum autem idem an diuersum secundũ proprijssimum eorũ, qui dicti sunt de eodẽ, modorũ, dicẽdũ: dicebatur aũt proprijssime idem, quod numero vnũ: considerandũ aũt ex casibus, & cõiugatis, & oppositis. Nã si iustitia idẽ ẽ fortitudini, & iustus forti, & iuste fortiter. Similiter autẽ & in oppositis. Nam si hęc eadem, et opposita his, eadem secundum quãlibet dictarũ oppositionũ. Nihil enim differt hoc vel hoc modo oppositũ sumere, eo ꝙ idẽ est. Rursum, ex effectiuis, & corruptiuis, & generationibus, & corruptionibus, et omnino ex ijs quę similiter se habẽt alterum ad alterũ. Nã quęcunq simpliciter eadẽ, etiã generationes eorũ & corruptiones eędẽ, & effectiua, & corruptiua. Considerandũ autẽ & quorũ alterũ, maxime dicitur quoduis esse, si & alterum ipsorum secundum idem maxime dicitur. Sicut Xenocrates beatam vitam, & studiosam assignauit eandem, eo quòd omnium vitarum, maxime eligenda studiosa, & beata: vnum enim maxime eligẽdum, & maximũ. Similiter & in alijs huiusmodi. Oportet autẽ vtrunque vnũ numero esse, quod dicitur maximum, & maxime eligendum: si autem non, non erit ostensum quod idem. Non necessariũ enim si fortissimi Graecorum sunt Peloponnesij, & Lacedæmonij, eosdẽ esse Peloponnesios, Lacedæmonijs, eo quod non vnus numero Peloponnesius, & Lacedæmonius, sed contineri quidẽ alterum ab altero necessarium, vt Lacedæmonij à Peloponnesiis: si autẽ non, accidet seipsis inuicẽ esse meliores, si non cõtinentur alteri ab alteris: necesse est enim Peloponnesios meliores esse quàm Lacedæmonios, si nõ cõtinẽtur alteri ab alteris: nã omnibus reliquis sunt meliores. Similiter autẽ & Lacedæmonios necesse est meliores esse Peloponnesiis, nã & isti omnib⁹ cęteris sunt meliores, quare seinuicẽ meliores fiunt. Manifestũ ergo, quoniã vnũ numero esse oportet quod optimũ et maximũ dicitur, si debeat ꝙ idem sint ostẽdi. propter quod Xenocrates non idem assignauit: non enim vna numero beata, & studiosa vita: quapropter nõ necessariũ eandẽ esse, eo ꝙ ambæ maxime eligendæ, sed altera sub altera. Rursum, considerandum si cui alterũ idẽ, & alterum. nam si non sunt ambo eidem eadem,

2. Locus. Declaratio. 3. Locus. Declaratio. 4. Locus. Declaratio. 5. Locus. Declaratio.

B C D E F

G manifestum qm̄ nec sibijnuicē.
6. Locus. Decl'atio. Amplius autē, ex ijs, quæ his accidunt, & quibus hæc accidūt, considerandū. Nam quęcunq; alteri accidunt, & alteri oportet accidere, & quibus alterū eorū accidit, & alterum eorū oportet accidere: si autē aliquid horum dissonet, dilucidum quoniam nō eadem. Videndum autē & si non in vno genere prædicamenti vtraq;, sed hoc quidē quale, illud autē quantū, vel ad aliquid
7. Locus. Decl'atio. indicet. Rursum, si genus vtrisque non idē, sed hoc quidem
H bonū, illud autem malum: aut hoc quidem virtus, illud autē scientia. Aut si genus quidem idem,
8. Locus. Decl'atio. differentiæ autem non eędē de vtroq; prædicantur: sed de hoc quidem qm̄ cōtemplatiua scientia, de illo autem qm̄ actiua: similiter aūt & in alijs. Amplius
9. Loc⁹. Decl'atio. autem ex magis, si hoc quidem suscipit magis, illud autem nō: aut si ambo suscipiunt quidem, nō simul aūt. vt q̄ magis amat, non magis concupiscit venerē: quare non idem amor, & concu
I piscentia veneris. Amplius, ex appositione: si idem vtrunq; appositum, non facit idem totum.
10. Locus Decl'alio. Aut si eodem ab vtroq; sublato, quod relinquitur est alterū. Vt
11. Locus Decl'atio. si duplum dimidij, & multiplū dimidij idem dixerit esse: sublato enim ab vtroq; dimidio, reliqua idem oporteret īdicare: nō indicant autē, nam duplum & multiplum non eadē significāt.
12. Locus Decl'atio. Considerandum autem non solū si iam aliquid accidit impossi K
bile per positionē, sed & si possibile sit ex suppositione existere. Quemadmodū ijs, q̄ vacuū, & plenum aere, idē dicunt esse: nā manifestū, qm̄ si exeat aer vacuum quidē non minus, sed magis erit, plenū autē aere non ampli⁹ erit, quare supposito aliquo siue vero, siue falso (nihil. n. refert) si alterum interimitur, alterum autē non, profecto non idē sunt. Vniuersaliter autem dicen 13. Locus Decl'atio
do ex ijs, quæ quouis modo de vtroq; p̄dicantur, & de quibus L
hæc prædicantur, cōsiderandū si alicubi dissonent. Nam quæcunq; de altero prædicantur, & de altero prædicari oportet, & de quibus alterum prædicatur, & alterum prædicari oportet.
Amplius, quia multipliciter idē 14. Locus Decl'atio.
dicitur, considerandum, si fm alium aliquē modū eadē sunt.
Nā specie, vel genere eadē, non 15. Locus Decl'atio.
necesse est numero eadē esse. Cōsideramus autē vtrū sic eadem, an non sic. Amplius, si potest al 16 Locus Decl'atio.
terū sine altero esse. non erit. n. M
idem ad idem: igitur loci tot dicuntur. Palam autē ex ijs, quæ dicta sunt, qm̄ omnes qui ad idē sunt destructiui loci, & ad terminū vtiles sunt: quemadmodum prius dictum est. Nam, si nō idē indicet & nomen, & oratio, manifestum, qm̄ non erit definitio assignata oratio. Constructiuo 17. Locus Decl'atio.
rum autem locorum nullus vtilis ad terminum. Non enim sufficit ostendere idem quod sub ora-

A oratione, & nomine est ad construendũ, quoniã definitio, sed & alia oportet omnia habere, q̃ præcepta sunt, definitionẽ, interimere igitur definitionem sic, & per hæc semper tentandum.
18. Loc⁹. Declaratio. Si autem construere volumus, primum quidem scire oportet, qm̃ nullus, vel pauci disputantium, terminum syllogismo colligunt, sed omnes principium, quod tale est accipiunt. Vt qui circa geometriam, & numeros,
B & alias huiusmodi disciplinas.
19. Locus Declaratio. Deinde quoniam exacte quidẽ alterius est negocij assignare, & quid est terminus, & quomodo definire oportet, nunc autẽ quãtum sufficit ad præsentem vtilitatem, tantum solum dicẽdum, quoniam possibile fieri definitionis, & eius quod quid est, esse syllogismum. Nam si terminus est oratio, quæ quid est esse rei indicat: & oportet ea quæ in termino ponuntur, in eo quod quid est de re sola prædicari: prędicantur autem sola in eo quod
C quid est, genera, & differentiæ, manifestum, quoniã si quis sumat ea, quę solum de re in eo q̃d quid est prædicari oportet, ꝙ hæc habens oratio, terminus ex necessitate erit: non enim cõtingit aliud eẽ terminum, eo quòd nihil aliud in eo quod quid est de re ꝑdicatur: quòd igitur possibile est ex termino syllogismũ fieri, manifestum.
20. Locus Declaratio. Ex quibus autem oportet construere, determinatum est quidem in alijs diligentius, ad propositam autem methodum ijdem loci vtiles. In- D
spiciendum enim in contrarijs, & in alijs oppositis, & totas orationes, & secundum partẽ consideranti. Nam si opposita oppositę, & eam, quę dicta est, propositi necesse est esse. Quoniã autem contrariorum plures cõplexiones, sumendum est ex contrarijs qualiscunque maxime apparebit contraria definitio: totas igitur definitiones, queadmodum dictum est, considerandum. Secundum partem autem hoc pacto, primum quidem quoniam assignatum genus recte assignatum est. E 21. Loc⁹. Declaratio.
Nam si contrarium in contrario, propositum autẽ non est in eodem, manifestum, quoniam in contrario erit, eo ꝙ necesse est contraria in eodem genere, vel in cõtrarijs generibus esse. 22. Loc⁹. Declaratio.
Et differentias quidem contrarias de cõtrarijs arbitramur prædicari. Vt de albo, & nigro: nam illud quidẽ disgregatiuũ, hoc autem congregatiuum visus: quare, si de contrario contrariæ prędicantur, de proposito q̃ assignatæ sunt prædicabuntur: quapropter, quia & genus, & differentiæ recte assignatę sunt, manifestum, qm̃ definitio erit, quæ assignata est. 23. Locus Declaratio. F
An non necessarium est de contrarijs differentias prædicari, nisi in eodem genere sint contraria? quorum autem genera sunt contraria, nihil prohibet eandem differentiam de vtrisque dici, vt de iusti- Dubitatio.

G tia,& iniustitia : nam illa quidē
virtus , hæc autem vitium ani-
mæ. quare id , quod est animæ,
differentia de vtrisque dicitur,
eo quòd & corporis est virtus
& vitium: sed hoc verum, quod
contrariorum,aut cōtrariæ,aut
eædem differentiæ sunt : si ergo
de contrario cōtraria prædican
tur,de hoc autem non , manife-
stum,quoniam quę dicta est, de
24. Locꝰ. hoc prædicabitur.Vniuersaliter
Decl'atio. autem dicēdo, si definitio est ex
genere,& differentiis, si sit con-
H trarii definitio manifesta,& quę
propositi definitio , manifesta
erit.Nam, quoniam cōtrarium
in eodem genere , vel in contra-
rio, similiter autem & differen-
tiæ,aut contrariæ de contrariis,
aut eædē prædicātur , dilucidū,
quoniā de proposito , aut idem
genus prędicabitur qđ de con-
trario , differentiæ autē contra-
riæ, vel omnes, vel aliquæ, reli-
quæ autē eædē, aut cōtra , diffe
rentiæ quidē eædē , genera vero
I cōtraria,aut ambo contraria,&
genera , & differētia: nā eadē eē
ambo nō contingit,si aūt secus,
definitio eadē contrariorū erit.
Ampliùs, ex casibus,& cōiuga
25. Locꝰ. tis. Necesse est enim cōsequi ge-
Decl'atio. nera generibus,& terminos ter-
minis : vt si obliuio est scientiæ
amissio , & obliuisci , amittere
sciam erit,& oblitū eē , amisisse
sciam , vno igitur quolibet eo-
rum quæ dicta sunt confesso, ne
cesse est & reliqua confiteri. Si-
militer autem & si corruptio,

dissolutio substātiæ,& corrūpe- K
re,dissoluere substātiā,& corru-
ptiue,dissolutiue: si corruptiuū
dissolutiuum substātię, & corru
ptio,substātię dissolutio. simili-
ter autem & in aliĳs. Quare vno
quouis sumpto, & reliqua om-
nia confiteaſ oportet.Et ex simi 26.Locus
liter se habentibus adiuuicē. Nā Decl'atio.
si salubre est effectiuū sanitatis,
& habile effectiuū bonę habitu
dinis erit , & adiutiuū effectiuū
boni: nam similiter vnūquodq; L
eorum, quæ dicta sunt, ad suum
finē se habet: quare si vnius eo-
rū definitio est effectiuū esse fi-
nis, & reliquorum cuiusque sic
erit definitio. Amplius, ex eo ꝙ 27.Locus
est magis & similiter, quod est Decl'atio.
similiter, quoties contingit con
struere duas ad duo comparan-
tem. Vt si magis hæc huius quā
ista istius definitio , ista autem,
quæ minus definitio est, & hæc
quæ magis:& similiter hæc hu-
ius , & ista istius : si altera alte-
rius,& reliqua reliquę.Vna aūt
definitio ad duo comparata,aut M
duabus definitionibus ad vnū,
neutiquā vtilis ea, quę ex magis
est,cōsideratio.Nam neq; vnam
duorum,neq; duas eiusdem defi
nitiones possibile est esse . Sunt 28.Locus
autē opportunissimi locorū , et Decl'atio.
qui nūc dicti sunt, & qui ex casi
bus,& qui ex cōiugatis: quocir
ca & oportet maxime detinere,
& prōptos habere hos: vtilissi-
mi enim ad plurima. Aliorū aūt
ĳ qui maxime sunt communes. 29.Locus
Nā illi maxime reliquorū effi- Decl'atio.
cacissimi:

A cacissimi: vt inspicere in singula ribus, & in speciebus considerare, si conueniat definitio, eo quod vniuoca species est: est autẽ vtilis hic locus ad eos, qui ponunt ideas esse, quemadmodũ prius dictũ est. Amplius, si per metaphoram dixit nomen, vel idem de eodem prædicauit vt diuersum: & si quis alius communis & efficax locorũ, illo vtendum.

30. Locus Declatio.

Sermo de locis Eiusdem *&* Alius, *quæ referuntur in Septimo.* Cap. I.

B HÆ quidem loca, vt diximus, vtilia sunt definitionibus: construentes enim construunt aliquam conditionem. expedit nanque quòd definitio, & id, quod nomen significat, sint vnum. Destruens autẽ sufficit ei, quòd destruat definitionem.

Vnum autem dicitur modis prædictis in præcedẽtibus: quorum primus est vnius nomine secũdum se, loca autem vtilia ad hoc quæsitum sunt fortiora locorum cõmunium omnibus quæsitis, prout sunt loca C cõiugatorum; & casuum, & oppositorum, & generationis, & corruptionis, & causarum gignẽtium, & corrumpentium, & prioris, & dignioris. verbi gratia in cõiugatis, si iustitia & fortitudo sint vnę secundum se, iustus & fortis est vnus secũdum se. Oppositorum autem exemplum est, si iustitia & virtus sint vnum secũdum se, iniustitia & vitium sunt vnum secũdum se. Et exemplum in generatione & corruptione est, si paries & palatium sunt vna res secundum se, ædificans parietẽ & palatiũ est vnus fm se. Et exẽplum prioris D & dignioris est, si nominatio sit dignior ꝙ sit nomẽ q̃ quod nominatur, & nominatio non sit nomen: dignius itaq; est ꝙ nominatũ non sit nomẽ. Et horũ locus est proprius, si fuerit duæ res, quarum vtraque sit maior, & magis diligenda, quã vna eadem res, illæ sunt vna eadem res. Cuius exẽplum est, quod explicuerunt quidam vetustiores, quòd vita studiosi sit eligibilior omni vita. Et in hũc locũ est paralogismus, quia homo & animal sunt præstãtissima generabiliũ & corruptibiliũ, & non sunt vnũ fm se, sed oportet ꝙ illarũ E vna nõ ambiat alterã: sin autẽ, vna esset præstantior alterã: hic autẽ locus, quem Aristo. dicit veracem in eo ꝙ dicitur maius & præstantius, fit quando fuerint vnum numero.

Secũdus autẽ locus est, si fuerint duæ res, quarũ vtraque vni rei sunt vnũ fm se, ambæ illę sunt vna secũdum se. verbi gratia, si vinum & merum secundũ se vna res essent cum ceruisia, & vtraque essent vna res secundũ se, & ceruisia & vinum sunt vnum secundum se, sicque merũ & ceruisia sunt vnum secundum se. F

Tertius locus est, si duæ res inferant vnam rem secundum se, aut inferantur ex vna re secundum se, illę sunt vna: si autem non inferant, nõ sunt vna. gratia exempli, si ob merũ & vinum sit vna res secundum se: vtpote ipsa ebrietas, illę sunt vna. Et exemplum illorum, quę inferuntur ex vna re, est, vt si ex succo vuarum, quod mustum dicitur, sint merum & vinum, merum itaque & vinum sunt vna res.

Quartus aũt locus ẽ, si vtraq; nõ sint in vno genere prędicamẽtorũ,

G nõ sunt vnũ: & si genus sit vnum, & illorum non sint vnæ differentię secundum se, illa non sunt vnum, vt differentiæ nominum non sunt nominatorum.

Quintus loc⁹ est, si vnũ suscipiat magis & minus, & alterũ non suscipiat, illa non sunt vnum: & si ambo suscipiant magis & minus, sed non suscipiunt ipsum silr̃, vt amor & appetitus coitus, illa non sunt vnum.

Sextus locus est ex appositione, ꝙ cõsideret̃, quia si fuerint duæ res, quarũ qñ vtraq; apponitur vni rei, non fit collectum vna res, illæ non H sunt vna res: & silr̃, si imminuatur ab vtra illarum vna res ſm se, & resi dua differant, illæ non sunt vna. exẽpli gratia, qui dixerit, ꝙ medij duplum & medij dupla sint vna res secundum se, si ita esset, sequeret̃, qñ ab vtrisq; imminueretur medium, quòd residua essent vnum.

Septimus locus est, ꝙ consideremus duas res, quas posueramus esse vnam: & si possit vna auferri, & altera remaneat, non sunt vna. v.g. qui posuit aerem & vacuum esse vnam rem ſm se, quia si nos imaginemur ablationẽ aeris, posset esse vacuũ, I immo forsitan dignius esset ipsum esse cum aeris ablatione.

De constructione, & destructione prædicatorum loci. *Cap. 2.*

31. Loc⁹. Decl'atio. QVoniam autem difficilius est construere, ꝙ̃ destruere terminũ, ex ĳs, quæ postea dicentur, manifestum. Nam nosse ipsum, & sumere ab interrogantibus huiusmodi propositiones non facile, vt quod eorũ, quæ sunt in assignata oratione hoc quidem genus, K illud autem differentia, & quod in eo quod quid est, genus & differentiæ prædicantur. Sine his vero impossibile est definitiõis syllogismum fieri: nam, si quædam, & alia in eo quod quid est de re prædicantur, incertũ vtrũne quę dicta est, an alia eius definitio est, eo quòd definitio est oratio quod est indicans. Manifestum autem & etiam ex his: nam facilius vnum concludere, ꝙ̃ multa. interimenti quidem L sufficit ad vnum differere: vnũ enim quodcunq; sit, destruẽtes, interempturi sum⁹ terminum: at construenti omnia necesse est construere ꝙ insint, quæ in termino sunt. Amplius, construenti quidem vniuersaliter statuendum syllogismum, (nam oportet de omni, de quo nomen prędicari, & terminum, & etiã adhuc cõuerti, de quo orationem, & nomen, si debeat proprius eẽ assignatus terminus:) destruenti vero non necesse ostendere v- M niuersaliter: sufficit enim ostendere, ꝙ de quopiam eorum, quę sub nomine sunt oratio non verificatur, & tametsi vl'e oporteat destruere, non tamen conuerti necessarium, & in destruendo. nam, sufficit destruenti vniuersale, ostendere, quod de aliquo eorũ, de quibus nomen prædicatur, orõ non prædicatur: at ẽ cõuerso non necessarium, vt ostendatur, ꝙ de quibus oratio non prædicatur, neq; nomẽ p̃dicet̃. 32. Loc⁹ Decl'atio.

Am-

A Amplius etiã, si omni ei inest, quod sub noie est, at non soli, interempta est definitio. Silr autẽ & circa propriũ, & genus se habet. In vtrisque enim destruere q̃ construere facilius est, de proprio quidẽ manifestũ, ex ĳs quæ dicta sunt: nam, vt plurimũ in complexione propriũ assignat̃, quare destruere quidẽ est, vnum interimenti, construenti autem, omnia ratiocinatione colligere necesse est: penè autẽ, & reliqua oĩa quæcunq; ad definitionem,
B & ad proprium conueniet dici: nam, & omni oportet quod sub noĩe est, construenti monstrare, qm̃ inest: destruenti aũt sufficit ostendere vni non inesse, si vero & omni inest, at non soli, etiã si destructũ sit: perinde, ac & ĩ definitione dicebat̃. De genere autem, qm̃ construere quidem necesse est vno modo, q omni ostẽdit inesse, destruenti aũt duplr: nam siue nulli, siue alicui ostensum sit non inesse, interemptum est quod in principio. Item con
C struenti quidẽ non sufficit, qm̃ inest ostendere, sed, & qm̃ vt genus inest ostendendũ: destruẽti aũt sufficit ostendere non inesse, vel alicui, vel nulli: videtur aũt, quẽadmodum in alĳs, corrũpere q̃ facere facilius, sic & in his,
33. Loc⁹. Decſatio. destruere q̃ construere. In accidente vero vl̃e quidẽ facilius destruere, q̃ construere. Nam construenti quidẽ ostendendũ, qm̃ omni, destruẽti aũt sufficit ostẽdere vni non inesse. Particulare vero è conuerso: nam facilius cõstruere, q̃ destruere. Construcẽti D
enim sat est ostendere alicui inesse: destruenti aũt ostendendũ, qm̃ nulli inest. Manifestum aũt, qua de causa omniũ facillimum est terminum destruere. Plura enim sunt in ipso data multorũ dictorũ, ex pluribus aũt citius fit syll̃s: nam verisimile in multis, magis q̃ in paucis peccatũ fieri. Amplius, ad terminũ quidem contingit, & per alia argumentari, siue enim non propria E
sit definitio, siue nõ genus quod assignat̃, siue non inest aliquod eorũ quę sunt in definitione, interempta sit definitio: ad alia autem neque ea, quæ ex terminis, neq; alia contingit oĩa argumentari. sola enim ea quæ ad accñs, cõia sunt omnib⁹ prædictis. inesse enim oportet vnumquodq; eorũ, quæ dicta sunt: si aũt non vt propriũ inest genus, nõdum interemptum est genus: silr aũt & propriũ nõ necessariũ, vt genus inesse, neq; accidens, vt ge- F
nus, aut propriũ, sed inesse tm̃, quare non possibile ex alĳs ad alia argumentari, nisi in definitione solũ. Manifestũ igitur, qm̃ facillimum omniũ est, terminũ interimere, construere aũt difficillimũ: nam, & illa oportet oĩa ratiocinatione colligere, & q insunt quæ dicta sunt, & q genus, quod assignatũ est, quodq; propria definitio: & adhuc prę ter hæc q indicat qd est esse oratio; & hęc probe oportet fecisse.

34. Locus Decſatio.

35. Locus Decſatio.

Aliorum

G Aliorum aũt propriũ maxime
36. Locus Declatio. hmõi. Nam interimere quidẽ facilius, eo ꝙ ex pluribus plerũqꝫ fit. Construere aũt difficillimũ, qm̃ multa oportet astruere, & adhuc qm̃ soli inest, & qm̃ conuersim prædicatur de re. Facillimum aũt omniũ construere accidẽs. Nã in aliĵs quidẽ nõ solũ
37. Locus Declatio. inesse, sed, & qm̃ sic inest ostendendũ: in accidẽte vero, qm̃ inest duntaxat, sufficit ostendere.
38. Loc⁹. Declatio. Destruere aũt difficillimum est accidens: quia, ꝙ̃ paucissima in
H eo data sunt: nõ enim consignificat in accidẽte quomodo inest. Quare in aliĵs quidẽ dupliciter interimere cõtingit, vel ostẽdendo ꝙ nõ inest, vel ꝙ nõ sic inest: in accidente vero non contingit interimere nisi ostẽdendo ꝙ nõ inest. Loci, per quos copiosi erimus ad singula quæque problematum argumentari, fere sufficienter annumerati sunt.

Sermo de locis prædicatorum vnius, & Alterius. *Cap. 2.*

ET vr̃, vt ait Aristo. expedit destruere loca eiusdem, & ali⁹ ex
I rebus ꝑdicatis de vnoquoq; illorũ quouis modo fuerit ꝑdicatio, & res, q̃ de illis prædicant̃, si fuerint differentes ꝓm aliquẽ locorum, nõ sunt vnũ. rerum enim q̃ sunt vnæ quicquid prędicat̃ de vna illarũ, oportet ꝙ prędicet̃ de altera, & de rebus, de quibus ꝑdicat̃ vna illarũ, expedit, ꝙ prædicet̃ altera: hoc aũt sic existẽte, vtilia sunt huic loca ꝑdicta de quęsitis absolutis, q̃ sunt quæsita accidentis prout est locus partitionis, & locus cõpositionis, & locus defiõnis, & loc⁹ illationũ. Et ex quo vnũ dr̃ va- K
rijs modis, si cõmonstraret̃ de re, ꝙ sit vna numero, cõmonstratũ est, ꝙ sit vna specie, & genere, & si ꝯmonstraret̃, ꝙ esset vna specie, aut genere, non esset conmonstratũ ipsam esse vnã numero. hæc itaq; ẽ summa locorũ, quæ retulit Arist. in hac partitione. Et dicit Arist. ꝙ nõ sibi constant ꝓdecessores Dialectici in eo, ꝙ definitio cõmonstretur syll'o, sed illam supponebant subiectione quadam, ꝓut Geometræ faciũt de multis definitionibus. Nos aũt videmur ostẽdisse ex nostra oratione, ꝙ definitionis sit sylls, & cũ hoc apparent L
regulæ, quibus hæc cõmonstret̃. Prę stantissima autẽ loca, ex quibus sumunt̃ definitiones in hac arte, sunt loca coniugatorũ, & casuum, &, vt vniuersalius inquã, loca cõia, sicut sunt loca oppositorũ, &c. Et hęc sũt quæ expedit nobis prompta esse circa hanc operationẽ pro maiori ꝑte. Deĩde expedit dinumerare loca particularia, sicut est locus, vbi dictum est, ꝙ qñ definitio in suo cõplemento decernit definito supadditionẽ, aut defectũ, non est definitio, prout definitio rerũ sensatarũ non conuenit definitioni idearum intelligibi- M
lium, quas ponit Plato. mot⁹ enim, qui vr̃ in illarum definitionibus, est impossibilis abstractis, & alia loca particularia. Scire vero ꝑfecte spẽs definitionum, & scire res, ex quibus componuntur, iam dictũ est in lib. Posteriorum Analyticorum. Sicq;, qñ cõnecterentur hæc locis demonstratiuis prædictis hic in inueniendo syllogismum de definitione, iam completa esset nobis sciẽtia artis definiẽdi simpliciter. & hic explicit secunda pars huius libri.

Arist.

ARISTOTELIS TOPICORVM LIBER VIII.

SVMMA LIBRI.

De locis aptis ad instruendum Interrogantem, & de locis pro respondente, ac deniq; de Locis communibus interrogantis, & respondentis.

Loci ad instruendum Interrogan-*tem.* *Cap.* I.

1. Locus. Declaratio. B

Ost hæc autem de ordine, & quonam pacto oportet īter rogare, dicendum. Oportet autē primum quidem, eum, qui interrogare debet, locū inuenire, vnde sit argumentandum: secundum aūt interrogare, & ordinare singula apud seipsum: reliquū vero & tertiū dicere iam eadē ad alterum. Quòd autē inueniat locum, simr Philosophi, & Dialectici consideratio: subinde vero illa ordinare, & interrogare, ꝓprium Dialectici, ad alterum.n. omne quod tale est, Philosopho autem, & quærēti per seipsum, nihil curæ est si vera quidē sint & nota, per quæ syllogismus, & non ponat ea qui respondet, eo ꝙ propinqua sint illis, quæ sunt ex principio, & præuideat qđ subsecutum est, sed fortasse, & studiose aget, quoniā maxime notæ, & propinquæ sunt dignitates: ex illis enim scientifici syllogismi, loci igit̃ vnde oporteat sumere, dicti sunt prius, de ordine aūt, & interrogatione dicendum. diuidendæ propositiones quæcunq; sumendæ sunt ad necessarias, necessariæ autē dicuntur, per quas syllogismus fit.

2. Locus. Declaratio.

C Dña Dialectici & Philosophi.

D

3. Locus. Declaratio.

Quæ autem ad has sumuntur, quatuor sunt. Aut enim gratia inductionis, vt det̃ vniuersale, aut ad magnitudinē orationis, aut ad occultationem conclusionis, aut, vt dilucidior sit oratio: præter has autem nulla est assumenda propositio, sed ꝑ has augere, & interrogare tentādum. E (Sunt autem quæ ad occultationem, certaminis gratia, sed quia omne, quod huiusmodi est, negocium ad alterū est, necesse ē, & illis vti.) Necessarias igitur, ꝑ quas fit syllogismus, non statim præordinādum, sed abeundum ad suprema. Vt non postulet qs contrariorum eandem disciplinam, si hoc voluerit sumere, sed oppositorum: posito enim hoc & quoniā contrariorum eadem disciplina syllogismo colliget, eo ꝙ ex oppositis, sūt cōtraria. F

4. Locus. Declatio.

Si vero illam non ponat, per inductionem sumendum proponenti in particularibus contrariis. Nam aut per syllogismum, aut per inductionē necessarias sumendum, aut has quidem inductione, illas autē syllogismo.

5. Locus. Declatio.

Quæcunq; autē valde manifestæ sunt, illas quoq; oportet pręponere: nam immanifestius est semꝑ in abscessu, & inductione, quod secuturū est, et simul ipsas necessa-

6. Locus. Declatio.

G necessarias proponere, et qui nõ potest illo modo, sumere esse paratum, quæ vero ad has sumptę sunt, accipiendæ quidẽ illarum gratia. Vnaquaqꝫ aũt earũ hoc modo vtendum inducentẽ quidem à singularibus ad vlia, & à notis ad ignota: nota aũt magis quæ fm sensum, vel simpliciter, vel multiplr, vel multitudini.

7. Locus. Declaratio. Occultantem vero, ratiocinatione præcolligere oportet ea, p quæ syllus ei[9] quod ex prícipio ẽ debet fieri: & hęc, vt plurimũ. H Erit aũt hoc, si quis non solũ necessarias, sed & earũ, quæ ad illas sunt vtiles, aliquã syllogizauerit. Amplius, cõclusiones nõ

8. Locus. Declaratio. dicere, sed postea ratiocinatione colligere subitarias. Sic enĩ longissime abscedet ab ea, quæ ex principio, positione. vlr autẽ dicendo, sic oportet enim interrogare qui occulte interrogat, vt ĩterrogata omni oratione, & eo dicente conclusionẽ, quæratur propter quid: id aũt erit maxi I me per antedictũ modum: nam sola vltima dicta cõclusione, im manifestum qũo accidit, eo ꝙ non præuidit respõdens ex quibus accidit, non per membra digestis prioribus syllogismis: minime aũt per membra digeritur syllus conclusione, cùm nõ eius sumptiones ponuntur, sed cùm illa sumuntur, à quibus sylls fit.

9. Locus. Declaratio. Vtile aũt & non continua postulata sumere, ex quibus sylli, sed vicissim ad aliam, & ad aliã conclusionẽ. Nam positis cõuenientibus iuxta seinuicẽ, magis qđ K accidit ex ipsis manifestum.

10. Locus Declaratio. Oportet aũt & definitionẽ sumere, in qbus possibile est, vniuersalẽ propositionem, nõ in ipsis, sed in coniugatis. Nam decipiũt falsa ratiocinatione seipsos qñ in coniugato sumitur definitio, si non vle concedunt. vt si oportet sumere, ꝙ qui irascitur appetit pœnam, sumať autẽ, ira appetitus esse pœnę propter apparentẽ paruipensionem: mani L festum aũt, qm̃ hoc sumpto, habebimus vle quod prælegim[9]: at eis, qui in ipsis proponunt, sępe accidit, vt abnuat respõdens eo ꝙ magis se habeat in ea re instantia. vt ꝙ non omnis qui irascitur appetit pœnã: nam parentibus irascimur quidem, non autem pœnã appetimus. Fortasse aũt non vera instãtia est: nam à quibusdã sufficiens pœna est, tristari solum, & facere pœnitere: verũtamen habet aliquid verisimile, vt non videať irrationa M biliter negare propositũ: in iræ aũt definitione, non similiter facile est instantiã inuenire.

11. Locus Declaratio. Præterea proponere par est: non vt ,ppter idipsum, sed alterius gratia eum qui proponit: nam deuitant ea, quæ ad positionem sunt vtilia.

12. Locus Declaratio. Simpliciter aũt dicẽdo, q; maxime facere dubiũ, vtrum quod proponitur, an oppositũ sumere vult. Nã dubio existente quidnam ad positionẽ est vtile, magis quod sibi vr ponunt.

13. Locus Declaratio. Amplius, per similitudinẽ interrogare.

A terrogare. Nam & verisimile, & latet magis vſe, vt quẽadmodũ ſcientia & ignorantia contrariorum eadem, ſic & ſenſus contrariorũ idẽ: aut ẽ conuerſo, poſtq̃ ſenſus idẽ contrariorum, & ſcia: hoc autem eſt ſimile inductioni, non tñ idem: nam ille quidem à ſingularibus vſe ſumit, in ſimilibus autẽ non eſt quod ſumitur vſe, ſub quo omnia ſimilia ſunt.

14. Loc[9]. Declatio. Oportet aũt & ipſum ſibimet q̃nq; inſtantiam ferre. Nam inſuſpecte ſe habent reſpondentes B ad eos, qui videntur iuſte argumentari. Vtile aũt dicere quod 15. Loc[9]. Declatio. conſuetum, & quod dicit tale. Nam prigreſcunt quod ſolitũ ẽ dimouere, inſtantiã non habentes: ſimul autẽ, & quia vtuntur & ipſi talibus, cauent ea dimouere. Amplius, non ſedule age-16. Loc[9]. Declatio. re, & ſi oĩno vtile ſit. nam aduerſus ſedule agẽtes, magis renitun-17. Locus Declatio. tur. Et vt in ſimilitudine proponere, quod propter aliud aliquid proponitur, & non pp ſeipſum, vtile ponẽt magis. Amplius, nõ id proponere qđ oportet ſumere, ſed cui conſequens id eſt ex neceſsitate. Nam & magis concedunt, eo quod non ſilr ex hoc manifeſtum ſit, quod cõſecuturũ eſt, et ſumpto hoc, ſumptum eſt & illud. Et id vltimo 18. Locus Declatio. interrogare, quod maxime vult ſumere. Nam maxime prima renuunt, eo ꝙ plurimi interrogantiũ prima interrogãt, circa quæ 19. Loc[9]. Declatio. vel maxime ſtudent. Ad quoſdam aũt prima quæ vtilia ſunt proponere. Nam proterui maxime prima admittunt, niſi omnino manifeſtum: ſit quod ſecuturum eſt, in fine autem proteruiunt: ſilr autem & quicunq; arbitrantur acuti eſſe in reſpõdendo, ponẽtes enim prima, in fine recantãt, tanquã nihil acciderit ex ijs quæ poſita ſunt: ponũt autem prompte, confidentes habitui, & arbitrãtes nihil ſe eſſe paſſuros. Amplius, prolongare, & 20. Loc[9]. Declatio. interponere quæ nihil ſunt vſui ad orationem, quemadmodum pſeudographia vtẽtes. Nam cũ E ſint plura, immanifeſtũ in quo falsũ ſit, quare & occultãt q̃nq; interrogãtes, in abſconſo proponentes ea quæ p ſe propoſita, nõ ponerentur: ad occultationem igitur, dictis eſt vtendum.

Sermo de quatuor intentionibus topicis. Cap. I.

Ecet poſt hæc loqui de ordine interrogationis & reſponſionis: & hinc exordiemur ordinẽ in-F terrogationis, & q̃uo cõueniat illã facere. Primũ quidẽ quod expedit interroganti eſt, ꝙ quærat locũ topicum, vnde faciundus ſit ſylls. Et ſecundo, ꝙ coaptet interrogationẽ, & ordine ponat omnẽ rem, prout intereſt. Tertio, ꝙ de hoc loquat̃ cum alio, & Philoſophus & Dialecticus conueniunt in hoc. Ordo vero & interrogatio ſunt propria Dialectico: huius aũt cauſa eſt, quia ſylls dialecticus fit inter interrogantẽ & reſpõdentem, ſylls autem demõſtratiuus fit infra ſeipſum: & ideo demonſtrator, q̃n eius p̃miſſæ fuerint veraces non,

G nõ curat an admittat eas ali⁹ necne. Iam aũt in præcedentibus descripsimus loca dialectica, ex quibus fiunt syll'i quibus vtit̃ hęc ars, & ante hoc d̃scripsim⁹ syllogismos dialecticos, & suas spẽs, & suas partes, & illorũ coaptationẽ, nunc aũt exordiamur hinc, & dicamus, ꝙ p̃missę, quę fiũt in hac arte primo sunt duarũ specierum, aut. n. sunt p̃missæ necessarię, & sunt ex quibus fit syll's primo, & infertur inde cõclusio illatione necessaria, aut pręmissæ, quæ dum cõnectunt̃ bis præmissis necessarijs in hac arte, fiunt magis amplificantes H intentionẽ, quę intendit̃ per illas & vehemẽtioris actionis, s. destructionis positionis, quã respondens procurat obseruare. Et hę quidẽ fiũt ob quatuor intentiones, quarũ vna est certioratio de respõdente in admissionem præmissarũ necessariarum, quarũ priuatio admittẽdi à respondente non creditur, qñ non fuerint maxime diuulgationis. Secũda intentio est occultatio cõclusionis inferibilis ex pręmissis necessarijs ipsi respondenti, vt interrogãti facilius sit admittere, quod admitti ab illo procurat. Tertia intentio est rei or- I namentũ, & decoratio, & amplificatio. Et quarta intentio est illius declaratio, & manifestatio. Hęc itaq; sunt quæ pollicent̃. Duę aũt primę intẽtiones sunt huic arti proprię, in tertia vero & quarta conuenit, q. habet hanc artẽ, cum illo qui habet artem demõstratiuã, & pręcipue orationis declaratio & manifestatio ẽ, quod propriũ est huic arti de vtẽdo præmissis extraneis, quæ præmissæ sunt speciei propriarũ arti oratoriæ & arti sophisticę, & ostenduntur, in singulis artibus. Pręmissę vero, quę fiunt ad certiorandũ de respondẽte K circa id, de quo nõ confidit interrogãs de illo, vt ei admittat ipm, sunt duarũ specierũ. Quarũ vna est præmissarũ vniuersalium ambientium necessarias: & hoc quidẽ fit, qñ interrogans nõ interrogaret ipsasmet pręmissas necessarias, sed interrogaret vl'es illas ambientes, & procuraret hoc quantũ ei possibile fuerit, ꝙ sumat vniuersalissimũ, quod inuenerit illis præmissis, quas admittendas procurat. qñ enim respondens admiserit præmissam vl'em, impos'e est ei negare particularem, quæ illi subest. vt verbi gratia, qñ vellemus L admitti, ꝙ cõtrariorum scientia sit vna, expedit, ꝙ nõ quęramus, an cõtrariorum scientia sit vna, sed quęramus, an oppositorum scĩa sit vna. Differentia aũt inter has pręmissas, quæ proferuntur ad certiorationẽ, & vl'es, quę proferuntur, vt eis commonstrentur particulares, q̃ eis subsunt, est hęc, nã fiunt f'm modũ patefaciendi quærendo locũ, vbi sint particulares, quas procurat admitti per se notas in hac arte, s. ꝙ sint vulgares: & ideo numerabantur inter necessarias, hæ autem fiunt per id, quod deforis est, quę solũ differunt M ex parte vsus t̃m. Secundę autẽ speciei sunt præmissæ inquisitiuę, quæ sumuntur ad certiorandum de præmissis vniuersalibus, per loca, quib⁹ inquisitio non est de necessitate, cõmonstrandi præmissam vl'em: qñ enim essent de necessitate numerarentur inter necessarias. prout est, ꝙ ab illo admittat̃ vice illius ꝙ oppositorum sit vna scientia, & ꝙ contrariorum sit vna scientia, & relatiuorum sit vna scientia, & habitus & priuationis sit vna scientia.

Hæ

A Hæ itaq; ſunt duę ſpecies pręmiſſarum, quæ fiunt ad certioratione͂. Modi vero, quibus euenit cōcluſionis occultatio, prout Ariſto. hic numerat, ſunt treſdecim modi, quorũ quidã eſt pręmiſſarũ extranearum, & quidã eſt illarũ quæ fiunt per pręmiſſas neceſſarias. Sicq; vnus eorum eſt, ꝙ non interroget de præmiſſis neceſſarijs, quæ concluderent quęſitum interrogãtis, ſed interroget de ꝑmiſſis, quæ concluderent ꝑmiſſas neceſſarias, & attendat in hoc remouere, quantũ diſtantius poſſibile ſit ab interrogãdo ꝑmiſſas neceſſarias, B qñ interrogat de præmiſſis ſylľi inferentibus ꝑmiſſas neceſſarias, & hoc quide͂ quantum ſibi poſſibile eſt in remouendo in ipſa interrogatione de ſingulis quæſitis à præmiſſis neceſſarijs: hoc em̃ opus ĩcludit duos modos, quorũ vnus e͂ occultatio illationis ab ipſo reſpondente ob diſtantiã, quę eſt inter primũ quęſitũ & ꝑmiſſas, de quibus interrogať: notum enim eſt, ꝙ, qñ diſtantia fuerit maior, illatio eſt latentior, & ſecundus modus eſt obliuio, quæ accidit ob multas ꝑmiſſas, quia reſpondẽs obliuiſcereť quarũdam illarum, & C nõ cerneret meminiſſe in hoc loci illationis ipſius cõcluſionis ex illis, & admitteret illas. v.g. ꝙ ee͂t primũ quæſitũ, an voluptas ſit bona, & ꝑmiſſæ neceſſarię, quę inferrent hoc quæſitũ, ſunt dicere, voluptas eſt iucũda, & oe͂ iucundum eſt bonum, omnis itaq; voluptas e͂ bona. Et ꝑmiſſę, quæ concluderent minorem huius ſylľi, quę eſt, ꝙ voluptas ſit iucunda, ſunt, voluptate͂ omnia aĩalia cupiunt: & quicquid cupiũt omnia animalia eſt iucundum: quæ aũt cõcluderent ipſam maiorem, ſ. dicere, omne iucundum eſt bonũ, eſt dicere, omne iucundum eſt naturale, & D oe͂ naturale eſt bonũ. hæ itaq; quatuor præmiſſæ cõcludunt duas præmiſſas neceſſarias, & aliqñ poſſibile eſt, ꝙ ſumamus vice harũ quatuor, ipſas octo præmiſſas, quæ eas cõcludant, aut vice harum octo ſexdecim ꝑmiſſas, quæ ipſas cõcludant, & eueniret in hoc occultatio, quã narrauimus. Et inueniť etiã alius mod⁹, qui occultat inferre tales ꝑmiſſas ipſaſmet ꝑmiſſas neceſſarias. Et vice illarũ pręmiſſarum, quæ ſunt neceſſariæ, interrogetur de duabus præmiſſis ſylľi, quæ illas inferũt, & hoc e͂t, ꝙ interrogetur de vna illarũ ſm E ſe, & vice ſecũdę interrogeť de duabus ſylľi præmiſſis, quæ illam cõcluderent, & hoc prout poſſibile fuerit, diſtantius remoueri. Et interrogabimus reſpõdentem de alio ſylľo, qui eſt magis diſtans à cõcluſione, aut de duab⁹ præmiſſis illius ſimul, aut de reliquis ſyllogiſmis, & de vna ꝑmiſſa ſolum, & vice concluſionis ſumemus de omni ſylľo tres præmiſſas, vnã præmiſſam ſyllogiſmi, qui infert & duas præmiſſas ſyllogiſmi, quæ concludunt alteram præmiſſam huius ſyllogiſmi, & hoc ĩ ſingu F lis ſyllogiſmis excepto vltimo. Vt verbi gratia eſt quæſitum, an ſanitas non ſit coæquatio: & ſylľs neceſſarius, qui illud cõcludit, ſunt duæ præmiſſæ: quarũ vna eſt, ꝙ ſanitas non ſit ad aliquid: & ſecunda eſt, ꝙ coęquatio ſit ad aliquid, & hoc qde͂ in ſecunda figura, & interrogeť ad ipſum quod dicimus, ꝙ coęquatio ſit ad aliquid, & vice illius quod dicimus, ꝙ ſanitas nõ ſit ad aliquid, ĩterrogemus de duabus pręmiſſis neceſſarijs, quę illã inferrent, quę ſunt dicere,

G dicere, ꝙ sanitas sit qualitas, & qualitas nõ sit ad aliquid: & interrogauimus de altera harum pręmissarũ ſm se, s. de ea, qua dicim⁹, ꝙ sanitas sit qualitas, & vice alterius, quæ est, ꝙ qualitas nõ sit ad aliquid, interrogabimus de duab⁹ præmissis, quę hanc concluderent, quæ sunt, ꝙ qualitas dicitur ſm se, & quod dicit̃ ſm se, non est ad aliquid, & de vna pręmissarũ, quæ est, quod dicimus, qualitas dicitur ſm se, interrogabimus ſm se, & vice alterius, s. quæ dicit, ꝙ id, quod dicitur ſm se, non sit ad aliquid, interrogabim⁹ de duab⁹ pręmissis, quæ illam concludunt, videlicet dicere ad aliquid dr̃ respectu alterius rei, & quod est ſm se non dicitur respectu alterius rei. Et hic ē vltimus syllˢ, de cuius ambabus pręmissis interrogabim⁹ simul: sicq; interrogarem⁹ in hoc exemplo de qnq; pręmissis solũ, videlicet de duabus præmissis vltimi syllˢⁱ cum vna præmissarum syllogismorũ reliquorũ, donec finiatur ad sylˢm, qui concludat ipsum quæsitũ. v. g. ꝙ dicamus, an ad aliqd dicat̃ respectu alterius rei, & quod est ſm se non dicatur respectu alteri⁹ rei. Deinde his duab⁹

H (margin letter, beside "missis, quæ illam concludunt")

I præmissis componemus secundam ꝑmissam huius syllogismi, quæ est, ꝙ qualitas dicitur ſm se, & cõnectemus huic aliã præmissam tertij syllogismi, quæ est dicere, ꝙ sanitas sit qualitas, deinde his connectem⁹ primam præmissam, quæ concludit ipsum quæsitũ, quæ est, ꝙ coæquatio sit ad aliquid: & ex his quinq; præmissis cõcluditur nobis quęsitum, quod est, ꝙ sanitas non est coęquatio, & fit semper numerus pręmissarum, de quibus interrogat̃ superaddendo vnũ numero syllogismorũ: nos enim sumim⁹ de singulis syllogismis vnã pręmissam, & ex vltimo duas præmissas eius simul. Sed huic modo non cõtingit ipsa occultatio, quæ fit ob multitudinẽ pręmissaꝝ. Et ideo oportet interrogantẽ procurare vtiliorem duorum modorum pro singulis quæsitis, & notum est, quòd in tali opere qñ fit interrogatio, non exprimit̃ aliqua res de conclusionibus. Si vero exprimit̃, & in cõclusionib⁹ quęstio subiecti, oportet, vt ait Arist. ꝙ simul post interrogationem de suis præmissis interroget, & non interroget de singulis cõclusionibus post interrogationẽ de præmissis, quæ illas concludunt, in hoc enim fit quædam spẽs occultationis ob occultationem ordinis inter conclusiones & præmissas.

K (margin letter)

L (margin letter)

Secundus aũt modus occultationis conclusionis est, quia, qñ non intendimus destructionẽ alicuius positionis, quæ profertur ſm aliquẽ casum, expedit ponere interrogationẽ de pręmissis vtilibus ad illius destructionem ſm casum aliũ à casu ipsi⁹ positi, immo illud capiemus alio casu, & proprij iuuaminis est hoc præceptũ in positis, pro quorum destructionib⁹ vtimur locis definitionis, & sunt posita, quorũ destructio intẽditur per præmissas vl̃es: destructio enim in hac arte fit ſm totum, & secundum partẽ. Verũtamen hoc pręceptum fuit magis propriũ in definitionibus, ex quo impoſſe est præmissis, quæ sunt in via definitionis, ꝙ in ipsis remoueat̃ distantia à quęsito, sicut fit in alijs pręmissis, definitiones enim sũt prima principia, vt q proponeret cõmonstrare, ꝙ Deus non denominet̃ per irã definitiue, & proferatur interrogatio de definitione

M (margin letter)

A tione irascẽtis, & dicat, nunquid irascens sit, qui appetit vindictã, & interroget de definitione iræ, & diceret, nunquid ira sit appetitus vindictæ, ponens interrogationẽ hoc modo lucrat duo iuuamina, quorum vnũ est, quia respõdẽs putaret, ꝙ sit dĩa inter definitionẽ iræ, & definitionẽ irascentis, & ꝙ nõ quod admittitur in definitione iræ, oporteat esse in definitione irascentis, & hoc est occultatio quędam: scd̃m autem iuuamen est, ꝙ, qñ definitio sumitur de nudata à materia, fit difficilioris destructiõis. v.g. quia qñ nos dicim⁹, B ꝙ irascens sit qui appetit vindictã, contradicitur nobis de ira patris in filium, & de ira in amicos: qñ autẽ sumeremus definitionem denudatam à materia, non esset facilis hæc contradictio. Huius autẽ causa est, quia, qñ prędicatum prædicatur de subiecto, quod ẽ in materia, in ipsa materia eueniũt illi accidẽtia, quibus dubitat ipsum inesse subiecto, sed hoc iuuamen nõ est huius capituli, quod est conclusionis occultatio, sed per illud facilior fit admissio præmissæ ab ipso respondente.

Tertius autẽ modus occultationis est, ꝙ interrogetur de similibus C præmissis, quas intẽdit admitti à respondente vice ipsarum præmissarum ẽm se, aut interrogetur de pręmissis, quæ concludant quid simile conclusioni quæsitæ, nõ de his, quæ concludant conclusionem quæsitã, hic enim colligit cum occultatione persuasionẽ, & bonam distinctionẽ ab ipsa re. v.g. quia quando nos proponimus concludere, ꝙ vna sit contrariorum disciplina, non caperemus præmissas, quę concluderent hoc quæsitum, sed caperemus præmissas, quæ concluderent cõclusionem similẽ huic conclusioni, s. pręmissas, quæ concluderent ꝙ cõtrariorum sensus sit vnus. Et similiter, qñ proponimus interrogare, nunquid contrariorum sit vna scientia, interrogaremus à simili, & diceremus, nunquid cõtrariorum sit vnũ iudicium, & euidens est, ꝙ, quando respondens admiserit rem inesse simili alicui rei, ꝙ iam illam admiserit illimet rei. diuulgatum enim est in hac arte, ꝙ similium idem est iudicium ex parte suæ similitudinis. D

Quartus aũt modus occultationis conclusionis est, ꝙ non interrogetur de ipsa pręmissa vtili in se, sed interroget de consequente ipsam. v.g. quia, quando nos proponimus interrogare, an nox non sit, vice ei⁹ interrogamus, an dies non sit. E

Quint⁹ modus occultationis est, ꝙ in oratione proponamus causas, & res, quarum non est quid vtile ad quæsitum oĩno, quod superfluum est: causas quidẽ ꝙ eloquat de vna re ꝑ dictiones synonymas, & ꝙ vice dictionis simplicis eloquatur de illa per orationem, aut orationes cõpositas, adeo ꝙ vna pręmissa sit secundum formam multarũ pręmissarũ. F Superfluum vero est, ꝙ introducat in repetitione pręmissarum vtilium cõclusioni pręmissas inutiles. Iuuamen quidẽ causarum est, quia occulitur à respondente intentio interrogantis, qd ꝓponat admitti ab illo, cum eo ꝙ illis est persuasio quędã. Superflui vero iuuamen est, quia respondens putabit, ꝙ de quocunque ipse interrogetur, sit superfluum, & permiscetur illi vtile cum inutili, & in orationis progressu connectem⁹ omnia illa, s. causas, & superfluum,

G & hoc est de his, quę accidere faciũt respondenti, passionẽ, & iuuant interrogantem ex obliuione respondẽtis, ex qua nesciet quid, & euanescet, & non seruabit aliquid.

Sextus modus est, ꝙ argumentet̃ ad præmissas apud interrogationẽ de illis præponendo affectus, ꝙ dicatur ꝙ hę sint de rebus, quas intellectus admittit, & quas intelligẽs nõ negaret, & ꝗ his siles orationes morales & afficiẽtes, sunt narratę in libro Rhetoricorũ: hoc enim occuleret ab ipso respondente locũ ambi-
H guitatis & apparentię dubij de præmissa, qm̃ difficile est dubitare & repellere, quod consueuit admitti, & hic quidẽ locus facit adipisci respondẽti persuasionẽ, & cum hoc fit occultatio loci dubij, affect⁹ enim impressio, quę fit respondenti, ex hoc excęcat ipsum à cõprehendẽdo causas dubij in p̃missam. Septimus modus est, ꝙ nõ interroget̃ solũ de pręmissa vtili, sed secũ vtatur aliquid, quod ipsam occultat, & vt vniuersalius inquã, sit ipsius interrogatio de illa ſm formam dubiã, ꝑ hoc enim latet respondentẽ mens interrogan
I tis, & condonaret illi id, quo vinceret ſm eius opinionẽ & asseuerationem. Et aliqñ fit hic modus occultationis ei nõ vtendo pręmissis extraneis, sed qñ ĩterrogat̃ de p̃missis vtilib⁹ interrogatione ambigua. Et totius huius causa est, quia putaret respondens, ꝙ qui ĩnterrogat attente procuret oẽs illas spẽs, & ꝙ non dubitet, licet lateat eum, quam partem contradictionis intendat admitti.

Octauus modus ẽ, ꝙ ponat interrogationẽ de præmissis, quæ putant̃ admitti ob diuersum ab ipso ꝗsito, nõ de præmissis, de quarũ re apparet ꝙ capiant̃ ob quæsitum. v.g. ꝙ K quæsitũ sit, ꝙ diuitiæ sint bonæ, qa si huic concesserimus ꝙ diuitię sint eligibiles, mox respondens coniectaretur, ꝙ de illa interroget̃ ob ipsum quęsitum. Si aũt vice illius concesserimus, ꝙ id, quo fiunt opera virtutum, sit bonũ, prout est indigũ nutrire, putarent, ꝙ huius propositum esset hinc concludere, ꝙ indigũ nutrire sit bonũ, & admitteretur hæc præmissa, qua admissa non remaneret nisi ꝙ interrogetur de præmissa, quam impossibile esset negare, scilicet ꝙ diuitijs nutriatur indigus.

Nonus modus est, ꝙ proferantur L præmissæ de quibus interrogat̃ ſm exemplum, & narrationẽ, dico narrationẽ, ꝙ illas ponat, prout est ei⁹ elocutio, & ipsas intelligat ſm hanc dispositionẽ. per exemplum aũt intelligo ꝙ illas ꝓferat, ac si essẽt metaphora & exemplum alterius rei. Hi itaq; sunt oẽs modi, quib⁹ fit occulatio per pręmissas, quæ sunt de foris, reliqui aũt, quorũ hic fit mentio, sunt, quæ fiunt ꝑ necessarias p̃missas, quorũ est, ꝙ non interroget̃ de præmissis ſm ordinem cõcludentem, sed interrogetur ſm aliam dispositionem, & aliqñ inserantur or M dine simili alicui conclusioni, quæ non sit cõclusio quæsita. verbi grã, ꝙ primũ quæsitum sit, an voluptas sit bona, qñ insereremus præmissas ordine, quæ cõcluderent nobis hoc quæsitum conclusione prima, diceremus an voluptas nõ sit perfectio, & an perfectio non sit appetitus, & an appetitus non sit naturalis, & an naturalis nõ sit bonus, & hinc ꝯcluderet̃, ꝙ voluptas sit bonũ. Et hanc ob cãm in tali quæsito nõ insereret̃ talis ordo, sed insereret̃ ordine hoc, quo

A quo putetur, ꝙ intendat cõcludere aliam conclusionem, præter ipsum quæsitum. v.g. in his pręmissis ꝙ dicatur, an voluptas non sit perfectio, & appetitus sit perfectio, & naturale sit pfectio appetitus, & naturale sit bonum cum hoc ꝙ respicit conclusionem, quã concluserat primus ordo, respicit etiam alias cõclusiones. Et puto ꝙ hoc deceat, qñ affirmatiuę fuerint conuertibiles, & maiores præmissæ singulorum horum syllogismorum fuerint negatiuæ. Et ipsorum est, ꝙ ponat interrogationẽ ſm modum, quo nesciat respõdẽs,
G gasset, præter ꝙ sciuerit illius significationem, & perinde cōclusisset ei cōtradictoriũ ipsi⁹ positionis, & voluerit obstare, quòd nō intellexisset illas dictiões, quas admiserat, suspicaretur de eo, quòd hoc esset eius crimē cauillationis, & nō iustificaret de eo, ꝙ rōcinatus esset postea de hoc, ex quo putaret ꝙ ideo esset excusatus, qa eēt destructa eius positio. Si vero dictiones fuerint notæ significationis, sed sint de his, quæ multipliciter dñr, expedit inspicere an omnes res, de quibus dicit prædicatũ, sint veræ de subiecto. Si au-
H tem subiectum dicatur ſm vnum significatũ, aut de omnibus significatis, quibus dicitur subiectum, si vtraque dicatur multipliciter, nō euaderet enuntiatio reliquã harũ triũ partitionum, & quando res in illis eēt vno horũ modorũ, respōderet de illis sic, aut non. Si autē fuerit in illis aliquod significatũ mendax, quādo alterũ esset verax, expedit distinguere nomē æquiuocum secũdum omnia eius significata, & explicare verax ipsorũ à mēdaci, prius quàm interrogans cōcludat cōclusionē, hoc est ei melius: quoniã si postponeret
I partitionē cognitioni cōcludenti ipsam conclusionē, putaretur de eo, ꝙ non intellexisset, quòd nomen sit ęquiuocũ, ꝙ defect⁹ huius, aut ignorantia, ꝙ nomen sit æquiuocum, euenisset ab eo, quoniam nō videtur Aristoteli, ꝙ respondentis sit notificare interroganti, postq̃ concluserit conclusionem, quòd nō possit esse significatum, pro quo interrogans intellexisset ipsam conclusionem, & non esset interrogantis suspectum ipsum habere hic diuersimode à dispositione nominis ignotæ significationis, non enim suspicaretur de eo hic, sicut suspicaretur K
ibi. Qñ enim dictiones significarēt vnum significatum, & admiserit eas, deinde post hæc excusatus esset, quòd eas nō intellexisset, nō admitteretur eius dictum de hoc, & haberetur suspectus. De dictionibus vero notis significatione, quæ vniuocæ dicuntur, expedit responsionem fieri per sic, aut per non. Ex quo præmissæ, ex quibus cōponuntur orationes Topicæ, aut sunt diuulgatæ, quas non oportet commōstrari per alias, aut præmissæ, quæ L
inquisitione sunt commōstratę. Et hoc præfatum præceptum fit in præmissis, quarum esse diuulgatũ non indiget inquisitione. Expedit itaq; ꝙ dicatur etiã de beneficatione responsionis huius speciei præmissarũ, & hoc quidem fit, ꝙ admittat ei has præmissas, quas inquisitione caperet, & nō fugiat eas: renuere eñ eas est renuere sensatũ, & procuret destruere vniuersale: quòd interrogans procurat cōmonstrare, & hoc vt nō neget ipsum, & abstineat ipsum admittere solum sine oratione qua illud destruat, sed ꝙ ostēdat ip- M
sum per orationē, quę illud destrueret: quādo enim se abstineret ipsũ admittere, præter ꝙ proferat orationē, quę illi cōtradicat, hoc esset maxima fraus & actus exiens ab hac arte. Si autē impossibile ei sit destruere p̄missam, quã inciperet interrogans inquisitione cōmōstrare, saltē proferret orationē, qua destruat cōclusionē. Quando vero respondens nō proferet alterum horũ duorũ, s. destructionē præmissę vniuersalis, aut destructionē conclusionis, quã interrogãs procuraret cōcludere ei,

neque

A neque admitteret ꝙ eũ interrogaret de præmissis, esset maxime mirãdũ, & maxime proteruire. Et expedit quãdo proferret orationem destruentem præmissã vl'em constitutam inquisitione, ꝙ non proferat orationẽ, quæ illã vniuersaliter destruat, quæ est destructio per cõtrariũ, sed proferat orationẽ, quæ illã destruat particulari destructione, quæ est destrustio per contradictorium, qm̃ destructio præmissarũ talium vniuersaliter est remota, ex quo ipsam sequeretur renuere sensatum. vt v.g. quando vellemus inquisitione cõmõstrare, ꝙ omne ani-
B mal sit mobile, inquirẽtes animalia de quorũ dispositione videatur, ꝙ sint mobilia, respõdẽtẽ oporteret sic habere, vt ad argumentũ Zenonis: vnde sequitur, ꝙ nulla res moueat', & est illud, quod dixit, omne mobile prius trãsit mediũ spatium, q̃ totũ, & medij mediũ prius q̃ mediũ, & prius medij mediũ q̃; mediũ medij medij, & sic in infinitũ, & transit totũ spatium tempore finito, sicque tẽpore finito trãsiret spatium infinitũ, hoc autẽ est falsum: sic igitur nulla res mouetur: tales enim syllogis-
C mi redarguũt sensata. & ideo cum hoc difficile est destruere tales syllogismos, & nisi hoc fiat, impossibile esset illis cõtradicere sensatis, sed artifici huius artis expedit cauere illos, & illi primo sunt sophistici: hoc itaq; est pręceptũ, ꝙ expedit respondẽti cõstituere in talibus præmissis. Et expedit procurare, ꝙ sustẽtet positiones, quibus diu exercitatus fuerit, & nouerit oẽs pręmissas destruẽtes & cõstruẽtes ipsas, qm̃, quando hmõi fuerit, sciet quam illarũ præmissarũ admittat, & quã earũ non admittat, & si opus sit ei ipsas de- D
struere, sciet quo illas destruat. Et expedit ꝙ caueat suscipere sibi sustẽtare aliqđ positũ nõ diuulgatum, & hoc in rebus speculatiuis, prout est oratio dicentis, ens est vnũ, & quod nõ moueat'. In rebus vero factibilibus, prout sunt positiones, quas eligit scelestis cõsuetudo, vt ꝙ opinet' ꝙ iniustitia sit præeligẽda, & ꝙ voluptas sit bona, qm̃ sustẽtatio harũ positionũ redditur noxia duabus rebus simul, rebus quidẽ speculatiuis, quia facit acquirere illũ, qui illis vtitur, habitũ deceptoriũ, qui eũ remoueat ab electiõe veritatis, & amore E
iustitię, & rebus factilibus faceret ipsarũ vilipẽsionem, & modicã inclinationẽ ad illas, cũ eo, ꝙ qui his positionibus vtit', non ęstimatur, ꝙ eas sustentet ꝺm modum exercitij, sed, quia illis opinet', & eis credat. Et expedit, ꝙ scias ꝙ huius artis interrogatio fit duobus modis: aut interrogatio de singulis præmissis, & quando datæ fuerint à respõdente, à qualibet illarũ cõcluderetur conclusio proposita, aut est interrogatio de præmissis simul & de cõclusione. Et opa respõdentis, quibus obuiet in- F
terrogãti, quædã sunt opera postq̃ cõclusionẽ cõcluserit, & quędã sunt res, quibus respõdens obuiat illi, priusquã cõcludatur cõclusio. Et hæc quidem sunt præcepta pręmissarũ, quoniam præmissæ, ex quibus syllogismi cõponuntur in hac arte, aut sunt præmissæ admissę ob earũ diuulgationẽ, aut præmissæ, quæ inquisitione sint cõmõstratæ. Et præmissæ diuulgatæ sunt duarũ specierũ: præmissę quas respõdens nõ põt penitus negare in cõtrouersia, neq; sine cõtrouersia, & hoc pp illarum

 diuulga-

G diuulgationẽ, & pręmissæ, quas põt negare, quando proferret syllogismũ ad illas destruendũ, ex quo sunt mediocris diuulgationis. Iam autẽ pręhabitus est sermo quid faciendũ sit in duabus speciebus orationis in talibus pręmissis, priusquam cõclusionẽ cõcludat, hoc est, in mediocribus diuulgatione, deinde post hæc redibimus ad id, qđ expediat facere postquàm concluserit ipsam cõclusionem, & per hoc explebitur quid expediat facere respõdentem in duabus ĩterrogationibus simul, & dicamus: ꝙ prohibere interrogantem à

H cõclusione, & destructio talium pręmissarũ prouenit quatuor modis. Quorũ vnus est, ꝙ respõdẽs attẽdat ad pręmissam, ex qua sequať cõclusio, & aggrediať, & illã destruat, & hoc quidẽ fit, aut quãdo ambæ pręmissæ syllogismi fuerint falsę, & qđ de illis attendat in destructione ad præmissam, in qua est res dicẽdi de omni: in prima quidem figura illa est maior, in alijs aũt est illa, quę in potẽtia est maior, ex quo subordinãtur primæ figurę. Si enim fuerit de-

I structio syllogismi, q̃ cõpositus est ex duabus pręmissis falsis in destructione minoris, nõ est causa illationis falsi, q̃ est conclusio ipsa minor: qui aũt scit instantiã ferre, non est, vt ait Aris. qui destruit rem, ex qua sequitur ipsum falsum, vtcunq; contigerit, sed ẽ qui destruit rẽ, ob quã est falsum, & est illius causa. Notũ autẽ est, ꝙ hæc destructio est possibilis in duobus locis, quorum vnus est, qñ ipsum interrogasset interrogãs de præmissis & conclusionibus simul, aut qñ pręmissæ, quas ille interrogat, fuerint de illis, quib⁹ eius est in hac arte cõtradicere, & sunt, q̃ nõ sunt maximę diuulgatiõis. Secũ-

K dus aũt modus est, ꝙ destruat p̃missas, de quibus interrogať nõ ꝭm ipsam rem in se, sed ꝭm interrogantẽ, & nequeat remouere locum destructionis. gratia exẽpli, ꝙ quis interrogaret, an fortitudo sit vtilis, & diceret respõdens, nõ, quia fortitudo est causa perditionis ipsius fortis: quando aũt interrogãs non distingueret, qđ est per se ab eo qđ ẽ per accidẽs, nequiret soluere hãc instãtiã: fortitudo .n. est causa perditionis ipsius fortis per accidẽs, nõ per se. Tertius aũt modus est, ꝙ iam interrogasset

L interrogans de præmissa vtili ad cõclusionẽ, sed ꝙ ille eã accepisset mutatã varietate, qua, qñ eo mõ sumpta fuerit, nõ sequereť ab ea ipsa cõclusio proposita, & respondẽs instaret ei hoc modo, & interrogans nequiret illã mutare in formã, qua ex ea sequereť ipsa conclusio, ipsa aũt, qñ de ea interrogauerat, erat in potẽtia, ꝭm illã formã, prout quęreret interrogãs, ꝙ id, ꝙ non est substantia, nõ destruatur substãtię ipsius destructione, & partes substãtię suarũ partiũ destructione, prout hinc concluderet, ꝙ partes substãtię sint sub-

M stãtiæ. Et respõdenti esset hic locus dubij, qm̃ non sequiť hęc cõclusio, ex eo qđ dixim⁹, ꝙ nõ substãtia nõ destruat substantiam ipsius destructione. Si aũt intellexisset hoc perfecte, sciret ꝙ hæc cõclusio sequatur, & hoc, qñ permutasset ꝙ dicit, ꝙ nõ est substãtia, nõ destruit substantiã ipsius destructione in præmissam, quæ sit hęc in potẽtia, & ẽ qđ dicit, ꝭm cõuersionẽ cõtradictorij, qđ destruit substãtiã ipsius destructione, est substãtia, & perinde cõclusit propositũ, scilicet ꝙ p̄tes substãtię sint substantiæ.

A substãtiæ. Quartus aũt modus substãtiæ, quę cogit interrogantẽ, & est minimus & infimus horũ modorũ, est instãtia, quæ cogit interrogantẽ cum rñdente ad prolõgationẽ orationis, & reducere ipsum pid, quo ei instat, adeo ꝙ ꝑtrahatur tẽporis mora, & eueniat lassitudo, & cesset disputatio, & recedãt absq; aliqua re, hoc autẽ nõ esset opus bene rñdẽtis: hoc autẽ fit, quando in syllogismi præmissas fuerint multa dubia, pro quibus dubijs op⁹ esset multarũ præmissarũ, cũ respondẽte quidẽ in verificãdo illas res quibus obstaret, cũ interrogãte vero in illarũ
B destructione. Et similiter, qñ interrogãs vellet cõmonstrare, ꝙ pręeligenda sit virtus bonæ fortunæ & bono casui, & diceret, nũquid bona fortuna sit interminata opulẽtia & instabilis: sed fit per accidens & sine arbitrio, & multa quæ indebite currũt, & diceret respõdẽs, res nõ est ita, immo bona fortuna est creatoris decretum: atq; iudicium, & nulla res ẽ, quæ ordinate & magis cõuenienter currat, q̃ ipsa, quæ est Dei iudicij meritũ atq; decretũ, & tales pręmissæ sunt, ad quarũ verificationẽ op⁹
C esset multi temporis, & longioris, q̃ opus esset ad verificationẽ ipsius quæsiti. hæc itaq; sunt pręcepta quę pręcepit respondenti vti cũ interrogãte, priusq̃ conclusionẽ concludat. Expedit autẽ ꝙ dicatur quid secum faciat, postq̃ cõcluserit ipsam cõclusionẽ de redargutione, & ĩcrepatione, & traditione debilitatis, & vitij syllogismo, quẽ cõstruxerat ex præmissis, quas ei admiserat: fit aũt quãdo orationis vitiũ & corruptio euenerit ob interrogantem, nõ propter respondentẽ. Cõe nanque opus nõ inueniť maximæ perfectionis nisi D sociorũ occasione, fit autẽ illis res cõmunis, quãdo ipsorũ propositũ fuerit eligere verũ, & ipsum adipisci, & solum attingere exercitiũ: & expedit respõdenti ꝙ bonificet respõsionẽ, quãdo eius propositũ fuerit hęc intentio. Sociorũ enim debitũ est coadiuuare se mutuo communi opere. Quando vero illorũ propositũ fuerit gymnasticæ & agonisticæ victoriæ, non est ibi aliqua res cõmunis, & vterq; offendit alterum omni eo, quo ei possibile sit illum vincere de speciebus orationũ sophistarũ, & cę-
teris, aut propter litem, quæ ipsum E cogat ad hoc, aut ob victoriã, quę ipsum ad hoc cõducat. nõ est aũt his mos disputationis, & aliquãdo euenit syllogismo defectus ob ꝯclusionem, quã cõmonstrare intendit, vt ꝙ nõ inueniat interrogãs diuulgatas, ex quibus procuret cõmõstrare hoc quęsitũ, nisi diuulgatas falsas. exẽpli gratia, qñ proponimus commõstrare, ꝙ voluptas nõ sit bona, & dicimus, voluptas nõ ponit cõmunicãtes in ea bonos: omne autẽ bonũ ponit acquirẽtẽ ipsum bonũ: hinc ꝯcludiť, ꝙ voluptas nõ sit bona: dũ aũt dicimus, omne bonũ ponit ac- F quirentẽ ipsum bonũ, ẽ falsum, sed est diuulgatum: conclusio vero est falsa, qñ positio, quã respõdens procurrat sustẽtare, fuerit vera, & cogiť admittere præmissas falsas, falsum enim nõ cõcludiť nisi ex falso. Quãdo aũt hoc ita fuerit, syllogismi corruptio euenit tribus modis, quorũ vnus est ex parte interrogãtis, & alter ex parte respondentis, & terti⁹ ex parte quæsiti: & ideo interrogans eloquitur probabilius, qđ ei admittitur, oratio aũt in hoc fit vtilis. Et

G syllogismo euenit corruptio aut ob eius formam, aut ob eiꝰ materiam. Corruptio quidē eueniēs ob ipsam formā, partitur tribus partibus, quarū vna est, ꝙ eius forma nō sit penitus, sed fiat ex duabus negatiuis, & secūda ꝙ sit sine quæsito, prout minor sit vniuersalis negatiua in prima figura, & tertia ꝙ cōcludat per accidēs, prout cōcluderet cōclusionē verā ex pręmissis falsis, aut diuulgatas ex improbabili. Corruptio vero euenit ꝓpter materiā, quatenus cōponitur ex præmissis, quibꝰ desit vna cōditio, aut plures de cōditionibus datis pręmissis syllogismi in illa
H arte. Quādo autē hoc ita fuerit, corruptio hinc ei euenit ex parte veritatis. aut quādo eius præmissę fuerint nefandæ, & forte cū hoc erūt falsæ: & essent corruptæ dupliciter, aut ꝙ cōclusio sit magis diuulgata q̄ ipsę, aut ꝙ pręmissæ magis indigeāt cōmōstratione q̄ indigeat conclusio, aut ꝙ quæsitū sit de illis, quarū cōmōstratio possibile sit fieri ex paucis præmissis, & hic fiat ex multis præmissis. Exēpli gratia, ꝙ cōmonstremus, ꝙ aliqua opinio sit pręstātior aliqua opinione, & illius cōmō-
I stratio contingat fieri ex pręmissis paucis, & præmissis multis. Ex præmissis quidē paucis, vt ꝙ dicat̄ quędā opinio est vera, & est opinio de possibili frequēti, & quędam est falsa, & est opinio de possibili raro, verū aūt est præstātius falso: sic ergo aliqua opinio est prestātior aliqua alia opinione. Illius autē cōmōstratio ꝑ plures præmissas est, vt ꝙ dicatur quędā entia dicunt̄ præstātiora quibusdā in essendo, ex quo ipsorū quędam sunt sempiterna esse & necessaria esse, & quędā quę non sunt sempiterna: & pręstātia quædā sunt K
sempiterna esse, & quędam nō sunt sempiterna esse: & quę sunt sempiterna esse sunt pręstātiora illis, quæ non sunt penitus, opinio aūt de eo, qđ est sempiternū esse, fit vera, & de eo, qđ nō est sempiternū esse, fit falsa, sicq; fit opinio vera & opinio falsa. Vera autē est firmioris veritatis & permanētioris: & qđ est vehemētioris & permanētioris veritatis est præstātius, sic ergo iam fit quędam opinio pręstātior aliqua opinione. Et iterū aliquādo euenit corruptio ipsi syllogismo, quatenus sumūtur eius p̄missę ſm ꝙ sit causa cōclusio- L
nis, & nō sunt causa. & hoc euenit ī syllogismo impossibilis, & recti, qui distinctus ē in libro Elēchorū. Et similiter accidit illis corruptio, quę dicit̄ petitio. Et aliquādo accidit corruptio ex parte varietatis interrogationis à pręmissis, quas admitterēt, vt ꝙ superaddat illis, aut imminuat ab illis, aut eis vtat̄ ſm aliū casū ab eo casu, quo eas admiserat. hi itaq; sunt modi corruptionis, qui eueniūt syllogismo ſm modū vniuersalitatis ipsorum & ſm quantitatē. Et Aristoteli videt̄ ꝙ increpatio eueniat īterrogāti quinq; modis. Quo- M
rū vnꝰ est; ꝙ oratio nō cōcludat penitꝰ, aut eiꝰ p̄missę sint remotæ, vel falsę, & remotę simul. exēpli gratia, oratio Melissi, si ens gignat̄, eius est principiū, sed non gignit̄, sic nec est eiꝰ aliqđ principiū, ergo ens est vnū, totū enim hoc cū formę corruptione, eius pręmissę sunt falsę. Secūdus est, ꝙ oratio nō concludat quæsitū, sed cōcludat aliud, & ipsius præmissæ sint remotæ, aut falsę & remotæ, sicut est oratio, quicquid est præter ens est non ens: & quicquid est

A nõ ens, nulla res est, ergo ens ẽ vnũ, hæc enim concludit, ꝙ quicquid est pręter ens, nulla res sit, nõ ꝙ ens sit vnum. Tertius autẽ est, ꝙ sylli con structio compleatur per præmissas, quas ex seipso addiderit, aut immi nuerit, & cum hoc sint nefandę, aut falsæ & nefandæ. Quartus ẽ, ꝙ præ missæ sunt minus diuulgatę q̃ con clusio, & cum hoc sint nefandæ. Et quintus est, ꝙ p̃missæ, ex quibus cõ struitur syllus, sint verę, & parũ pro babiles, imo indigeãt longiori tpe pro ipsarum cõmonstratione, q̃ sit tempus cõmonstrationis ipsius quę siti, hoc autẽ est qñ huius sylli sint

B præmissæ notiores eo. Hi aũt qnq; modi repulsus eueniũt interrogan ti, qñ ipse fuerit illorũ causa. Verax aũt oratio in hac arte, ꝑut dicit, est triũ specierum: quarũ prima & præ stantissima est, ꝙ sit cõposita ex præ missis maxime diuulgatis, quas re spondens iã admiserit, & ei⁹ figura sit, quæ ꝑ se primo concludat ꝑpo situm concludendum: secũdus aũt est, ꝙ sit cõposita ex p̃missis medijs ꝼm diuulgationẽ & probabilitatẽ, quas respondens admittat, & cõclu dat quæsitũ primũ per se: & tertius

C est, ꝙ sit cõposita ex præmissis, qua rum quasdã receperit ab ipso respõ dente, & aliquas ꝑtulerit ex seipso, sed illę quas ex seipso ꝑfert, sint ma xime laudãdę. Falsas aũt orationes in hac arte dico nefãdas, & eas dici mus esse quatuor specierum. Quarũ prima est, ꝙ oratio ꝯcludat ꝼm opi nionem, non ꝙ ita vere sit, prout es set ex duabus affirmatiuis in secũda figura: prout dicebat Plato, sapiens est robustus, & fortis est robust⁹, sa piens itaq; est fortis. Secunda est ꝙ concludat, sed non ipsum quęsitũ.

D Et discrimen harũ duarum specie rum, & illarũ, quæ dinumeratę sũt, in increpatione est, quia ĩ illis adie cta est conditio cũ hoc ꝙ sint nefan dæ & falsæ simul. Tertia est ꝙ ꝯclu dat ipsum quęsitum ꝑ se primo, sed ipsius pręmissę non sint ꝼm condi tionem, quã exposcit illa ars, prout esset cõmonstratio de re agraria per præmissas, quæ non sint agrarię, sed alterius artis. vt qui cõmonstraret ꝙ vulnera circularia sint difficilis sa nationis, qa circulus ẽ latissima om nium figurarum rectilineatũ ęqua lis ambitus ei. Quarta est ꝙ cõclu

E dat quæsitum per se primo, sed eius præmissæ sint falsæ scilicet oẽs, aut quędam ipsarum. Et hęc quidẽ spẽs nõ ẽ de syllis qui sint corrupti sem per, & omnimode ꝼm hanc artem, quia aliqñ res cogeret hic vti p̃mis sis falsis, qñ contigisset, ꝙ ad hanc rem quæsitã, non essent præmissę di uulgatæ nisi falsæ. Et aliqñ in ipsa demrõne fit sylls, cuius vna pręmis sarum sit falsa: & hoc quidem fit in syllo impossibilis, prout cõmonstra tum est. Si aũt hoc ita fuerit, cõside rationes, quibus considerautur sylli in topica, & in scientijs sunt trium

F specierũ. Prima quidẽ consideratio est an concludat, aut nõ cõcludat, & hæc cõsideratio differt ab alia di uisione, an concludat vel non ꝯclu dat: illa enim est an cõcludat vel nõ concludat quæsitum ꝑ se aut ꝑ acci dens, hęc aũt, an primo, aut secũdo. Et notũ est ꝙ in singulis his specie bus verax ẽ aliquo modo dicere, ꝙ non concludat, sed non concludẽs quæsitũ hic est concludere perfecte concludendo. In qua considerandę sunt tres conditiones. s ꝙ cõcludat quęsitũ, & ꝙ ipsum concludat prĩo,

&ꝙ

G & ꝙ concludat ipsum ꝑ se, & iam dictum est de hoc in libro Priorũ analyticorũ. Hoc itaq; scrutiniũ includit tres spẽs ipsorum corruptorum. Secunda consideratio est, ꝙ cõsideretur cõclusio, & inspiciamus eam, si fuerit falsa, quia tũc scimus ꝙ in syl'li præmissis necessario est mendacium. Si aũt fuerit vera, iam possibile est syl'li pręmissas esse falsas, aut veras: verum enim aliqñ concludit' ex falso, prout ĩ libro Priorũ analyticorũ est commonstratum, & tunc expedit nobis inspicere syl'li pręmissas, quæ si fuerint falsę, destruet' syl-
H logism⁹, si autem fuerint verę, vtendum est illo. Tertia cõsideratio est, an factæ sint ꝓm artis conditiones, adeo ꝙ sint in topica topicæ, & per ipsum repellantur, quæ repellenda sunt, & sil'r de reliquis, quorũ conditionis est, ꝙ adijciantur cõditiones præmissarũ illius artis. Et notũ est, ꝙ hæc consideratio includit oẽs species corruptionis, quas narrauim⁹. Et interdũ euenit hic quędam spẽs vitij syllogismorũ, quæ reputat' corruptio, cũ non sit corruptio, & forsitan respondens ꝑ illam repelleret ĩterrogantẽ: hæc autẽ, aut est error,
I aut sophisma, & illa est corruptio, quę petitio principij vocat', hęc autem dupl'r fit, aut vere, aut diuulgate, & ambæ spẽs petitionis fugiũtur in hac arte. In arte vero demr̃onis solum est species vera. Et iam dictũ est de petitione vera ipsiusmet quęsiti, & eius oppositi in libro Priorum analyticorum, hic autem dicet' de petitione, quę fit secundum opinionem laudandam.

De petitione ꝓm opinionẽ laudãdã.

Petitio v'l'r fit de ipsomet quęsito ꝓm quinq; modos. Prima species, & manifestior est, qñ vice subiecti, aut prędicati quęsiti ponit' nomẽ additum toti, aut vice nominis ponitur oratio gerens vicẽ nominis, neminem enim possibile ẽ errare in hac specie, neq; decipi, qñ ponit' ipsummet quęsitum sine permutatione. Secunda aũt est, qñ vice rei particularis ponitur v'l'e ambiens ipsam, vt ꝙ velit cõmonstrare, ꝙ contrariorũ sciẽtia sit vna, & ponat ꝙ oppositorum sciẽtia sit vna. Tertia autẽ est, ꝙ vice rei, quæ cõmonstrari intenditur, ponat illius partiũ commonstrationẽ. Et quarta, ꝙ vice toti⁹ ponat ipsius partes, vt ꝙ velit ꝙ medicinæ scĩa sit sciẽtia sanitatis & ęgritudinis: & de per se commõstret, ꝙ sit scĩa ęgritudinis, & de per se ꝙ sit scĩa sanitatis. Quinta aũt est, ꝙ cõmonstret rem ꝑ ipsam consequens, vt ꝙ velit commõstrare, ꝙ diameter sit incommensurabilis costę, & cõmonstret cõuersam. s. ꝙ costa sit incõmensurabilis diametro. Et modi petitionis de opposito quęsiti sunt hi idem: ex quo opposita sunt tria, affirmatiua, & negatiua, contraria, & priuatio, & habit⁹, & hi sũt qnq; modi qui inueniuntur singulis his trib⁹. Species itaq; petitionis de q̃siti opposito sunt quindecim. Dr̃ia autẽ inter petere de opposito ipsius quęsiti, & petere de ipsomet quęsito est, quia, qñ petitur de ipsomet quęsito, apparet nobis error, qñ inspicimus ipsammet cõclusionẽ, qñ inuenitur ipsamet in altera duarũ pręmissarum ipsius syl'li. Quando vero petimus de opposito ipsius quęsiti, error nobis apparet in altera duarũ pręmissarum, ex quibus inferebat', & est illa, quę connexa est cõtradictorio ipsius quęsiti. Prima aũt species est vere petitio de quęsito, qñ

oratio

K L M

A oratio quæ cõmutata est vice nominis, non fuerit definitio, reliquæ autem quatuor sũt petitio ſm opinionem, & non vere, & tertia est inquisitio, reliquis aũt tribus vtunť scientiæ, immo non constituuntur scientiarum syllogismi sine illis. Hęc quidem sunt pręcepta, quę propriè concernunt respondentem, & iam elocutum est de illis, quę proprie concernunt interrogantem.

Loci communes pro interrogante, & respondente. Cap. 4.

68. Locus Declaratio. EST autem orationẽ prohibere concludi, quadrupl'r. B Nam aut interimendo id propter quod sit falsum, aut ad interrogantẽ instantiã dicendo: ſępe enim non soluit quidẽ: qui tñ interrogat, nõ potest longius producere Tertiũ aũt ad interrogata: accidit enim ex interrogatis quidem non fieri quod volumus, eo ꝙ non bene interrogata sint, addito autẽ aliquo, fieri conclusionẽ. Si igiť nõ amplius potest producere interrogãs, ad interrogantẽ erit instãtia: si aũt C potest, ad interrogata. Quartũ aũt, pesſima est instantiarũ quæ est ad tp̃s: nam quidam talibus instant, ad quæ disputare pluris est tpis, q̃ȝ præsentis exercitationis: instantiæ igiť, vt dictum est prius, quatuor modis fiunt. Solutio autẽ est earum quæ dictæ sunt, prima tm̃: reliquæ aũt prohibitiones quædam & impedimenta cõclusionũ. Inculpatio 69. Loc⁹. Declaratio. vero orationis, & ſm ipsam orationẽ, et qñ interrogať nõ eadẽ.

Plerunqȝ enim ꝙ nõ bene disputatur oratio, is, qui interrogať, est causa, eo ꝙ non concedat ex quibus probe erat disputare ad positionẽ: nam non est in altero solo bene absoluere cõe opus. D

Necessariũ igitur qñqȝ ad dicentẽ, & non ad positionẽ argumentari, qñ is qui respondet, & contraria interroganti obseruat corroborãs: proteruientes igiť, altercatorias, & non dialecticas faciũt exercitationes. Amplius aũt, quia exercitationis & experimenti gratia, & non doctrinæ huiusmodi sunt orationes, ꝑspicuum qm̃ non solum verũ syllogizãdum, verũ etiã falsum, nec per vera semper, sed qñqȝ & per falsa: ſępe enim vero posito, interimere necesse est disputantem, quare proponẽda falsa: qñqȝ autem & falso posito, interimẽdũ per falsa. nihil enim prohibet alicui videri quæ non sunt, magis q̃ȝ vera: quapropter ex ĳs, quæ illi videnť, oratione facta magis erit suasus q̃ȝ adiutus. Oportet aũt eum, qui bene transfert, dialecticè, & non contentiose transferre. Vt geometrã geometricè, siue falsum, siue verum sit quod concludendũ est: quales aũt dialectici syll'i, dictum est prius. 70. Loc⁹ Declaratio. E 71. Locus F

Quoniã autẽ malus particeps, qui impedit cõe opus, patet ꝙ & in orationibus: nã cõe quippiam quod proponiť & in illis est, præterq̃ȝ in concertantibus: his autẽ non est eundem vtrisqȝ finem assequi: nam plures vno impoſſ. 72. Locus

G impossibile est vincere. Differt autē nihil siue id respondendo, siue id interrogādo fiat: nam & qui cōtētiose interrogat, praue disputat: & qui in respondendo nō dat quod videt, neq; suscipit quicquā quod vult interrogans interrogare. Manifestum igitur
73. Locus ex ħs quę dicta, ꝙ non silr̃ inculpandum, & ſm seipsam orationem, & interrogantē. Nā nihil prohibet orationē quidem prauam esse, interrogantē vero vt possibile est optime cōtra respō
H dentem disceptare: nam contra proteruos non poſe fortasse statim sumere quales quis vult, sed quales fieri poſe faciendi sylr̃i.

Quoniam aūt est indeterminatum qn̄ contraria, & qn̄ ea, quæ sunt in principio sumunt hoīes (nam plerunq; per seipsos dicētes contraria dicunt: & abnuentes prius, dāt posterius, eo ꝙ interroganti & cōtraria, & quę in principio, plerūq; obediunt) necesse est prauas fieri disputatio
I nes: causa aūt est qui respondet hæc quidē non dans, illa aūt talia dans: manifestum igitur, qm̄ non silr̃ inculpandum & interrogantes, & orationes. Oratio
Inculpationes orōnis quinq;. nis aūt ſm seipsas quinque sunt inculpationes. Prima quidem qn̄ ex interrogatis non concluditur neq; quod propositū est, neq; oīno, quicquā, cūm sint vel falsa, vel inopinabilia, aut oīa, aut plurima, in quibus cōsistere debet conclusio: & neq; ablatis quibusdā, neq; additis, neq; his quidē ablatis, illis vero additis, K fit cōclusio. Secūdo aūt si ad positionē non fiat sylr̃us, & ex talibus, & eo modo quo dictum est prius. Tertia vero si additis quibusdam fiat sylr̃s: hæc autē sint deteriora ħs, quæ interrogātur, & min⁹ probabilia cōclusione, etiā si ablatis quibusdā, nā qn̄q; sumunt plura necessarħs: quare non eo ꝙ hæc sunt, fit sylr̃s. Amplius, si ex inopinabilioribus, et minus credibilibus cōclusione, aut si ex veris, sed maiore opera indigētibus demōstrari, ꝙ̄ pro- L blema: non oportet aūt ex oīb⁹ ꝓblematibus sylr̃os existimare silr̃ probabiles eē, et suasibiles: natura enim statim sunt aliqua quidē faciliora, alia vero difficiliora eorū, quę interrogant̄: quare, si ex aliquib⁹ vt fieri pōt maxime probabilibus, coniecturā fecerit, disputatū bene est. Ma- 74. Locus Declaratio.
nifestū igitur, qm̄ orationis non eadē inculpatio, & ad ꝓblema, & ſm se. Nam nihil ſm se quidē orationē prohibet esse vituperabilem, ad problema āt laudabi- M lem: & rursum e diuerso ſm se quidē laudabilē, ad problema aūt vituperabilem: qn̄ ex pluribus est facile cū probabilibus, tum veris concludere. Erit autē 75. Locus Declaratio.
qn̄q; oratio ēt concludens ꝙ̄ nō concludens deterior: qn̄ illa quidem ex absurdis cōcludit, cūm non sit tale problema: hæc autē indigeat talibus quę sunt probabilia, & vera, & nondum ex as- 76. Locus Declaratio.
sumptis sit oratio. Eos autē, qui per

A per falsa verum concludunt, nõ iustũ est inculpare. Nam falsum quidẽ semper necesse est per falsa syllogizare. verum autem est qñq; per falsa syllogizare, manifestum autem id ex analyticis. Cùm aũt demonstratio sit alicuius dicta orõ: si aliquid est aliud quod ad conclusionẽ nullo modo se habet, nõ erit ex illo syll's: si autẽ appareat, sophisma erit, non demrõ. Est autem philosophema quidem, syll's demõstratiuus: epichirema autem, syll'us
B dialecticus: sophisma vero, syll's contentiosus: aporema autẽ syllogismus dialecticus contradictionis. Si vero ex vtrisq; quæ videant̃, aliquid ostendat̃, non aũt similiter videant̃: nihil prohibet quod ostenditur magis al
77. Locus Declatio. tero videri. Sed si hoc quidem videatur, illud aũt neutra pte: aut si hoc quidem videat̃, illud autẽ non videatur: silr quidem silr vtiq; erit, & non: si autẽ ma
78. Locus Declatio. gis alterũ, sequetur quod est magis. Est autẽ quoddam & idem
C ad syllogismos peccatũ, quãdo ostendit̃ per longiora quod contingit per breuiora, & quæ orationi assunt. Vt q̧ est opinio magis altera q̃ altera: si quis perat ipsum quodq; maxime esse, esse aũt opinabile, ipsum quod vere est: quare quorundã magis esse ipsum: ad quod aũt magis, magis dicitur esse. esse aũt & ipsam opinionem verã: an erit accuratius, q̃ par sit exigens quędam? petitum est aũt & ipsam opinionem verã esse, & ipsum quodq; D maxime esse, ac si ipsa opinio vera certior sit: sed quæ nequitia maior, q̃ quæ facit circa id cu⁹ est oratio, latere causam? oratio aũt est manifesta vno quidẽ modo, & publicissimo, si sit concludens sic, vt nihil oporteat interrogare: vno aũt & qui maxime dicitur: cũ sumpta quidem sint ex quibus necessariũ est conclusionẽ esse, quæ quidem sint per conclusiones conclusa, etiã si id omittit̃ quod valde pbabile est. E

Falsa aũt oratio vocatur quadrupliciter. Vno quidem modo 79. Locus Declatio.
qñ apparet concludere quæ nõ concludit: vocatur aũt apparẽs, litigiosus syll'us. Alio modo, qñ concludit quidẽ, non tñ ad propositum: quod accidit maxime in ijs quæ ad impõ'e ducunt. Aut ad propositũ quidem concludit, non tñ fm propriam disciplinam: hoc aũt est, si ea, quæ non est medicinalis, videat̃ esse medicinalis, aut geometrica, q̃ non est geometrica, aut dialectica, quæ nõ est dialectica, siue verũ, siue falsum sit quod accidit. F
Alio aũt modo, si per falsa non concludit: huius aũt erit qñq; quidem conclusio falsa, qñq; autem vera: nam falsum quidem semper per falsa concludit, verũ autem possibile est & nõ per vera: vt dictum est prius. Quod autem falsa sit oratio, dicentis peccatum potius est, q̃ orationis: atne quidem dicentis semper, sed cũ lateat ipsum quod falsam orationẽ

G tionem dixit aliquam: eo q ab ipso suscipimus cũ pluribus veris quippiam amplius: si ex ĳs quæ maxime videtur interimit aliquid verorum (talis enim existens, verorũ demonstratio est) oportet sanè positorum aliquid non esse oĩno, quare erit huius demonstratio. Si autem verum concludat per falsa, & valde absurda, cõpluribus deterior erit quæ falsum syllogizant: erit aũt talis, & quæ falsum concludit. Quare manifestũ q prima qui
H dem consideratio orationis fm seipsam est, si concludit: secũda autem, vtrum verũ an falsum: tertia vero, ex qualibus quibusdam. Nam si ex falsis quidẽ, opinabilibus aũt, rationabilis: si autem existentibus quidem, sed in opinabilibus, praua: si vero & falsa & valde inopinabilia sint: dilucidum quòd praua, aut simpliciter, aut ad rem. Id aũt, qd in principio, & cõtraria quonã pacto peteret interrogans, secũdum veritatem quidem in ana-
I lyticis dictum est, secũdum opinionem vero nunc dicendũ est.

8o. Locus Decŕatio. Petere aũt videntur id quod est in principio quinq; modis. manifestißimo qdem & primo, si quis idipsum quod monstrari oporteat, petat: hoc autem in eo ipso quidẽ non facile latere põt, in synonymis autem, & in quibuscunq; nomen & oratio idem significat, magis. Secundo aũt, qñ quod particulariter oporteat demõstrare vl'r quis petat: vt qui argumentatur q contrariorum vna disciplina, omnium oppositorum postulauerit vnã esse: nam videtur id quod oportebat fm se ostendere, cum alĳs petere pluribus. Tertio, si quis quid vniuersaliter est ostendere propositũ, particulariter petat. vt si de omnibus contrarĳs propositum est, de aliquibus postulet: videtur enim hic quod cum pluribus oportebat ostendere secundum se, extra petere. Rursus K
si quis diuidẽs petat problema: vt si oportet ostendere medicinam sani & ægri, extra vtrunq; postulet: aut si quis eorum, quæ sequuntur seinuicem ex necessitate, alterũ petat: vt latus incõmẽsurabile eẽ diametro, si oporteat ostẽdere q diameter lateri. Æqualiter autem & cõtraria petunt ei, quod ex principio est. L
Nam primo quidem si quis opposita petat fm affirmationem & negationem. Secundo autem contraria secundum oppositionem: vt bonum & malum idẽ.
M Tertio vero, si qs vniuersaliter postulans, particulariter petierit contradictionem. Vt si quis sumens contrariorum vnam disciplinam, sani & ægri alteram esse petat: aut si hoc petẽs, in vniuersali oppositionem tentet sumere. Rursum, si quis petat contrarium ei, quod ex necessitate accidit per ea quæ posita sunt: et si quis ea quidẽ non sumat quæ opposita, at alia petat duo, ex qbus erit opposita contradictio. 81. Locus Decŕatio.

Differt

A Differt autem contraria sumere tantillũ ab eo quod ẽ in principio: qm̃ huius quidem est peccatum ad cõclusionem (nam ad illam aspicientes, quod in principio est dicimus petere) cõtraria aũt sunt in propositionibus, eo ꝙ ipsę aliquo modo se habẽt adinuicem. Ad gymnasticã autem & exercitationẽ talium orationum primum quidẽ conuertere assuescere oportet orõnes. Sic enim & ad id, quod dicitur, copiosius nos habebimus, & in paucis, plures sciem⁹ orationes: nam conuertere est transsumentem conclusionem cum reliquis ĩterrogationib⁹ interimere vnũ quippiam eorũ quæ dicta sunt: necesse est enim, si conclusio nõ est, vnam aliquã interimere propositionum, siquidem omnibus positis necesse erat conclusionẽ esse. Ad omnem autem positionem & quòd sic, & quòd nõ sic argumentum considerandum, & cùm inueneris, solutionẽ statim quærẽdum. Sic enim simul accidet & ad interrogãdum, & ad respondendum exerceri: & si ad nullum aliũ habemus, apud nosipsos sensim cõparanda sunt quæ attinent ad ipsam positionem argumenta: nam id ad cogendum multam copiam præbet, & ad redarguẽdum magnũ habet adiumentũ, quando quispiam promptus est argumentari, & ꝙ sic & ꝙ non sic: nam ad contraria accidit facere obseruationem, & ad cognitionẽ, & ea (quæ secundum philosophiam est) peritiam posse cõspicere, & conspexisse quæ ab vtraq; accidunt suppositione, non paruum instrumentum: reliquum enim horũ, recte eligere alterũ: oportet autem ad id, quod tale est: eẽ bono ingenio: & hoc est secundum veritatẽ bonum ingeniũ, posse bene eligere verum, & diffugere falsum: quod q̃ nati sunt bene, possunt probe facere: nam qui amant, & qui oderũt, quod profertur facile discernunt optimum. Et ad ea, quæ sæpissime incidunt problemata, scire oportet orationes, & id maxime de primis positionib⁹. Nam in his fastidiunt sæpe qui respondent.

82. Loc⁹. Decſatio.

B

C

D

E

84. Locus Decſatio.

Amplius, terminorum copiosos esse oportet, & probabiliũ, & primorũ se habere prõptos: nam per hæc fiunt syllogismi.

85. Loc⁹. Decſatio.

Tentandum aũt & ea, in quę sæpissime incidunt disputationes, tenere. Nam quemadmodũ in Geometria antè opus est circa elementa exercitatum esse, & ĩ numeris circa capitales prompte se habere, & multum refert ad hoc, & alium numerum cognoscere multiplicatum: similiter quoq; & in orationib⁹ promptum esse ad principia, & propositiones memoria scire oportet: nam perinde ac in memoriæ sensorio solum loci positi statim faciunt ipsas res memorare: & hæc faciunt ad ratiocinandum promptiorẽ, eo ꝙ ad determinatas illas inspiciat s̃m numerum.

86. Locus Decſatio.

F

Propo-

G Propositionemq́ꝫ cōem magis ꝙ̄ positionē in memoria ponendum. Nam principiorũ & sup-
88. Locus Declaratio. positionũ copiosum esse mediocriter, difficile. Amplius, orationem vnam plures facere assuescendũ, velut ĳ, qui occultissime abscondunt. Tale aũt erit si quis quam plurimũ abscedat ab affinitate eorum, de quibus est oratio: erunt aũt potiores orationũ vniuersales maxime, quę id pati possint, vt qm̄ non est vna pluriũ disciplina: sic enim & in ĳs,
H quæ sunt ad aliquid, & in con-
89. Locus Declaratio. trarĳs, & coniugatis est. Oportet aũt & reminisci vniuersales facere orationes, tametsi fuerit disputãs particulariter. Sic enim & plures licebit vnam facere: similiter autē & apud Rethores in enthymematibus. Eundem aũt ꝙ̄ maxime fugere, cōtra vni
90. Locus Declaratio. uersale ferre syllogismos. Et semper oportet considerare orationes, si in pluribus communibus disputantur. Nam omnes par-
91. Locus Declaratio. ticulares in vniuersali disputatæ
I sunt, & inest in particularibus ei⁹, quod est vniuersale, demonstratio, eo ꝙ non est syllogizare
92. Locus Declaratio. quicquam sine vniuersali. Exercitatio autem facienda, inductiuarum quidem ad rudem, syllogisticarum autem ad expertũ.
93. Locus Declaratio. Et tentandum accipere ab ĳs quidem, qui in syllogismis triti sunt ꝓpōnes, ab ĳs vero, qui in inductionibus, similitudines: in hoc enim vtriqꝫ exercitati sunt.
94. Loc⁹. Declaratio. Omnino autem exercitationis gratia disceptantibus tentandũ K afferre aut syll'm de aliquo, aut propositionem, aut solutionem, aut instantiam, siue recte quis dicat, siue perperam, vel ipse, vel alter, & ad quippiam vterqꝫ. Ex his enim facultas, exercitatio autem facultatis gratia. Et maxime circa ꝓpōnes, & instantias: est enim, vt simpliciter dicam, dialecticus, propositiuus, & instantiuus: est autem proponere quidem, vnum facere quæ sunt plura. Oportet enim vnum omnino sumere ad quod est oratio: L
instare autem quod vnum est, facere plura: nã aut diuidit, aut interimit: hoc quidē dans, illud aũt non dans, eorum quæ proposita sunt. Non est autem cum 95 Loc⁹. Declaratio.
omni disputandum, neqꝫ cōtra quemlibet exercitãdum. Nam necesse ad aliquos, prauas fieri orationes: ab eo enim qui oĩno tentat apparere, diffugiendum: iustum autem omnino tentare syll'o cōcludere, verũtamen nō pulchrum, eo ꝙ nō oportet ad- M
uersus quoslibet facile consistere, quandoquidē necesse est paruiloquium inde emergere: nam qui exercitati sunt, non possunt abstinere à disputatione, sine altercatione. Oportet autem & fa 96. Loc⁹. Declaratio.
ctas habere orationes ad huiusmodi problemata, in quibus cũ paucissimorũ copia eas ad ꝙ̄ plurima vtiles habeam⁹, illę vero sunt vniuersales, & ad quas in promptu quippiam adinuenire difficile est.

Sermo

A *Sermo de præceptis communibus interroganti & respondenti. Cap. 4.*

RELiquum nobis ē orationem ferre de illis, quæ ambos.s. & interrogantē & respondentē includūt. Et hæc quidem præcepta vtilia sunt vni trium rerū, quarū vna est, ne remittat vis faciendi vehemētiorem orationē de vna eadē positione, aliqñ secundum modum interrogationis, & aliqñ fm modum responsionis: secūda aūt est, vt acquiratur vis festinandi circa sylli artē, aut cū interrogatione, aut cū obuiatione: & tertia est vis, cuius cōditio-
B nis ē agere has duas operationes, & hæc quidē vis est viri habētis artem dialecticā. Et de illis est, vt vir assuescat ad reductionē syllogismorū, de qua elocutū est in 2. Priorū Analyticorum.s. ꝙ sumamus oppositū cōclusionis, & connectamus ei alterā duarū præmissarum sylli, & cōcludatur p hoc contradictoriū alterius pmissæ. Et hoc quidem vtile fit respondenti, quia p ipsum cōstitueret sylli præmissas, quas interrogauerat ipse interrogans: hoc aūt cōtingit, qñ cœperit in interrogatione præmissas & conclusionē simul. Et ali-
C quando hoc opus vtile fit interroganti, qñ destrueret positionem fm modum impoßis, & per hoc opus qs posset proferre de vna eadem re plures syllos: aliqñ enim caperemus cōtradictorium conclusionis, & aliqñ ipsius cōtrariū, & vtrunq; ipsum cōnectem⁹ ipsi minori, & aliqñ maiori, & constituemus ex hoc quatuor syllogismos. Oportet aūt, qñ sumimus oppositū conclusionis, & ei cōnectimus alterā duarum præmissarum, ꝙ confietur nobis altera præmissa: quia, qñ sunt prȩmissæ, est cōclusio, & qñ aufertur conclusio, auferuntur ambæ præmissæ, aut altera earū, & hoc est notū p id quod dicitur de antecedente & consequēte in syllo conditionali. Et de illis est, quia p hoc præuenit quiuis omni positioni cū syllo qui illā destruat, & dum id inuenerit destrueret suarum prȩmissarū destructionem: qñ enim quis præuenerit singulis quȩsitis, & ea considerauerit, aut ipsam fm se, aut cū alio, fit ei vis discernendi elocutionē de illis fm modum īterrogationis, aut fm modū responsionis. Interrogando quidē cognitione sylli, & respōdendo cognitione obuiationis suarū prȩmissarum.
E Et de illis est, ꝙ in vna eadē positione quȩrat syllm, qui eam construat, & syllm, qui eam destruat. Deinde ratiocinabit de præmissis duorum syllogismorum, quæ illarū sit falsa, & quæ illarum sit vera, & quȩ illarum sit satis vulgata, & quæ sit parum vulgata. Et si fuerit interrogans, iam nouisset syllogismum, q destrueret hoc positum, & fortasse illū permisceret pmissis, quȩ ipsum construerēt, aut quȩ ipsum destruerent cum ipsa interrogatione, & ab-
F scondet p hanc rem ab ipso respondente. Si aūt fuerit respondens, sciret præmissas: quæ illud destruerent, & caueret eas. Ait Aristo. Et hȩc quidē vis nō est minima, facit enim dialecticū adipisci potestatem ad interrogationem, & ad respōsionē, & viro demonstratiuo vtilis est multis modis. Quorū vnus est, quia qñ apud illū fuerint duo sylli de aliquo posito, quorū vnus illud construeret, & alter ipsum destrueret, non euadit quin illorū duorum syllogismorū alter sit ver⁹, & alter fals⁹, aut ambo

G ſint ſimul veri, aut ſiľ falſi, ſed duo-
bus diuerſis modis. Si vn⁹ fuerit mē
dax & alter verax, immitteretur ve-
raci, ſi aūt fuerīt ambo ſimul vera-
ces, aut ſimul mēdaces duobus mo-
dis, facile erit ei intelligere modū,
quo vterq; illorum ſit verax, & mo-
dum, quo ſit mēdax. Et hic modus
procedendi eſt viri boni ingenij, &
præſtantium potētiarū. Et hi ſunt,
quorū moris eſt diligere pręſtantio
rem rem alterius duorum oppoſito
rum. Hoīes aūt circa hoc ſunt triū
ſpecierum, quidam eorū ſunt qui
ſemꝑ pręeligunt præſtantius duoꝝ
H oppoſitorū, & hi qdē ſunt ſapiētes.
Et quidā ſunt, apud quos ęquales
ſunt res bonæ & malæ, & hi ſunt na
turaliter dialectici, & ipſorū quidā
ſunt qui diligunt duorum oppoſito
rum deterius, & hi ſunt nal̄r ſophi
ſtæ, & quidā ipſorum ſunt, q amāt
eis eſſe ſm hanc artē ſyllos idoneos
interrogationibus vulgarib⁹, de qui
bus difficile eſt loqui in cōſtructio-
ne aut deſtructiōe, & hæc ſunt triū
ſpecierum: quarū vna eſt, ꝙ fiat de
his, de quibus vulgus gloriatur con
ſiderare, & difficile fiat mutuo de il
lis interloqui, pręter ꝙ maiori parti
I ipſius vulgi ſit maior inclinatio ad
alterū duorum oppoſitoꝝ, prout eſt
dicere, an ſpeculatio cū tolerātia ſit
præſtantior diuitijs cū voluptate: ſe
cūda aūt ſpēs eſt ꝙ ſit maiori parti
ipſius vulgi maior inclinatio ad al-
terū duorū oppoſitorū, prout eſt di
cere, an diuitiæ cum virtutis priua-
tione præeligendæ ſunt paupertate
cum virtute: tertia ſpecies eſt rerū,
quibus adipiſceretur vir quiſpiā ne-
fas apud vulgus de vtrouis duorum
oppoſitorum reſpondeat, prout di-
cimus, cui dignius eſt credere? magi-
ſtro, an patri? præcepit aūt de talib⁹ K
interrogationib⁹, ꝙ ad illas ſint dia
lectico ſylli idonei ob difficultatem
ſyllogiſmi ad illas. Difficile nāq; ē
oſtēdere mentem de re, de qua vul
gus nullam habeat opinionē, & ſiľr
ad cuius oppoſitum magis inclinat
vulg⁹, & hoc magis ē id de quo eue
nit controuerſia per vtrumuis duo-
rum oppoſitorū reſpondens reſpon
derit, prout dicim⁹, deceat ne paren
tibus an legi credere? Et de illis ē, ꝙ
reminiſcātur definitionum rerum,
quarum habitudo ad artes eſt habi
tudo principiorū & ſubiectionum,
prout ē definitio materię & formę L
ī ſcīa Naturali, & definitio boni &
mali in ſcīa Morali, & pūcti & lineę
& ſuꝑficiei & corpis in Geometria.
Et q̄ expedit ei ꝙ ſint apud illum de
definitionibus harū rerū, ſunt defi-
nitiones diuulgatæ. Et de illis eſt, ꝙ
ſint apud eū prompta loca prędicta
in prædictis orationibus, & ꝑcipue
loca quæ rem cōſtruūt aut deſtruūt
ſimpľr, &, vt vniuerſalius inquā, res,
quę in artib⁹ ſunt vt ſubiectiones &
elementa & principia ad reliqua, ex
quib⁹ ſingulę artes adipiſcūť. Sicut
enim Arithmetic⁹ adipiſciť poteſta
tem mutuo ducēdi numeros, qn̄ pręM
poſuerit & ſciuerit ducere primos
numeros, qđ notificať in capľo du-
ctus, ſic res eſt in Dialectico: euenit
enim ei īterlocutio de quocūq; vo-
luerit, qn̄ fuerint apud eū pręmiſſæ
& regulę, quarum cōſuetudinis eſt
fieri in ſingulis poſitis, quod poſitū
fuerit idoneum curare res vniuerſa-
les, quibus vtatur in acquirendo res
vľes proximas rebus intētis particu-
larib⁹: vniuerſalib⁹ nanq; maximę
vniuerſalitatis non opinaretur ali-
quam rem, neq; ex illis adipiſcereť
aliquā

A aliquã rem festinanter, immo si ex illis opinio ꝓcederet ad ipsum particulare, esset ſm quandam speciem accidentis, & quasi ad illud procederet, nõ artificialiter, sed quouis modo contigerit. Exempli gratia, quia non debet sustinere hãc positionẽ, scilicet omnium duarũ rerũ diuersarum, vna ipsarũ inest rei differẽti à prima, sed sustẽtaret vice illi⁹ hãc, qñ aũt fuerit vni duorum oppositorum aliqua dispositio, alteri opposito inest oppositũ primę dispõnis: p opposita enim conuinceret contraria, & suas spẽs, & potest ex illis con
B stituere quæsita particularia, quæ illis sustineat facile & cito. Et de illis est, q̃a consuescere faciũt ponere multas orationes vnã orõnem ascẽdendo ad vl'e, quod illa includeret, & ponere vnã orationem plures orationes, illã partiẽdo ad particulares quæ ei subsunt. Qñ enim interrogaremus, iuuaremur ponẽdo multas res vnã orationem, & recepissemus per hoc, quod vellemus admitti ab illo. Quando aũt respõdissemus, iuuaremur qñ interrogaremur vnam orationẽ multas orationes, & si inueniremus continere destructionẽ
C illius, quod posuimus sustentandũ, nõ admitteremus illud, sin autem, illud admitterem⁹. Et expedit hic ꝙ cõsideremus vniuersalissimũ quod possumus, hoc ẽ, qñ multas orationes ponimus vnam orationẽ, hoc enim opere fit res vehemẽtis occultationis ab ipso respondẽte. Et hoc est contra dispositionem vniuersalium, quæ sint apud eũ prompte ad faciendum syllogismos. Sunt enim quædã vniuersales orationes, de q̃bus difficile fit respõdenti intelligere, quæ conclusio ex illis sequatur. Exẽpli gratia, admittere ꝙ scientia D rerum, quæ sunt maximę multitudinis, nõ sit vna: qñ enim hoc admisisset, iã admisisset illud in relatiuis & cõtrarijs, & in multis rebus. Et iõ expedit respondenti agere cõtra id, quod ageret interrogãs, & aufugeret admittere res vl'es: quantũ ei possibile fuerit. Et de illis est, ꝙ vtat' cũ eo q̃ sit modicũ exercitatus in hac arte, aut qui passus fuerit defectũ ingenij, ipsa inquisitione, et cũ nimiũ exercitatis orationibus vl'ibus. Exercitatus enim vehementius auscultat has orationes, adeo ꝙ forsan de E ducunt illũ ad repellẽdum sensata, prout fit de oratione Zenonis, quæ contradicit motui, & oratione Mellissi, quę contradicit multitudini, sicut spẽs priuata exercitio magis auscultat inquisitioni. Expedit itaque dialectico sumere p̃missas inquisitiuas à dignis inquisitione, & præmissas vniuersales à viris huius speciei.

Harum aũt rerum exercitium est, ꝙ idoneum sit nobis operari omnes actus huius artis perfectissime, act⁹ ẽm huius artis sunt syll's, aut sophistica litigatio, aut argumẽtum, aut contradictio, aut ficta inuẽtio interrogatiõis, an sit recta, aut nõ recta? & si fuerit alterius harũ duarum dispositionũ, q̃ sit huius causa. & iam F elocuti sumus de cõditionibus, quibus fiant hi actus perfectissime. Syllogismus enim est operatio interrogantis ad destruẽdum positionem. Et sophistica est operatio respõdentis, & syl'i repulsus. Contradictio vero est actus respondentis, qñ procurat cõstituere positionẽ, quia alicubi respondens procurat hoc. Aristoteli vero videt', ꝙ illius operatio prima intẽtione sit sustẽtare positionẽ

G solum, nõ ipsam constituere. Sicq;, qñ respondens argumentum proferret ad constitutionẽ positionis, interrogantis actus esset contradictio per syll'm, & contradictio fit de actibus interrogantis, lis aũt & argumẽtum de actibus respondentis. Interrogationem aũt & respõsionem beneficare, iam dictũ est quo hoc fiat, assuescere aũt intẽditur ob has operationes, & per has operationes euenit consuetudo, videlicet syll'm, & argumentum, quę inueniuntur per potestatem tradẽdi multas res vnã. Et cõtradictio & litigatio inueniuntur in ponendo vnam rem multas, H syllogismi enim & argumenti operatio contingit ei in inueniendo p̃missam vl'em, ambientẽ ipsum quę situm, hoc autem non fit idoneum nisi ſm modum compositionis, & p particulares tradendo vnum. Exempli gratia, qñ proponimus cõmonstrare, ꝙ quorumlibet duorum contrariorum scientia sit vna in potentia, ſm modũ compositionis est in oppositorum scientiam esse vnam, operatio vero litis & cõtradictionis fit in cognoscendo præmissam, quę veritati repugnat ob eius particularitatem, adeo, ꝙ constituat illius de I structionem, & hoc est manifestũ, ex quo est repugnans operationi cõstitui per syll'm. At Arist. Non expedit p omnem rem vincere: & iã pręmissum est, cur hoc nõ oporteat, & largitus est huius causã, & dixit: & K non est disputandum cum quouis hoĩe contigerit, necessitas enim cõduceret volentẽ cõtradicere, cuiuis homini contigerit, vt orationes quibus cũ illo vteretur sint viles, & earum cõpositione adueniret malus habitus, & mala dispositio ipsi dialectico. Si autem cõtingeret, ꝙ eius cõtrouersia fuerit cum illo, qui inniteretur pręualere & extorquere, vt sunt sophistæ, iustum est in illũ vti quibusuis speciebus orationum, quæ cõtigerint. Potius enim est hoc patefaciendo imbecillitatem suarũ orationũ, & illorum versutias, nisi L quia vir dialecticus est, cuius intentio est cõsuescere ad exercitiũ, & debet fugere hanc speciẽ, quantum ei possibile fuerit, & debet esse parata apud eum, qñ cogeretur interloqui hac specie præmissarum, quæ sunt maximæ vniuersalitatis: talibus.n. locis superare hanc speciem ob modicam ipsius sensibilitatem in illis, quæ ei subsunt, hoc modo, præstantius est, q̃ superare nominis æquiuocatione, per hanc illam vel aliam regulam sophisticam.

Hæc itaq; est oratio de omnibus rebus, quas cõtinet hic tractatus bre M uiori & manifestiori modo, qui possibilis fuit, & est vltimus tractatuũ huius Libri, ad Dei gloriam sempiternam. Amen.

Librorum Octo Topicorum cum Auerrois media Expositione Finis.

ARISTOTELIS ELENCHORVM LIBER PRIMVS,

Cum Auerrois Cordubensis media expositione, Abramo de Balmes interprete.

SVMMA LIBRI.

De intentione libri, & generibus disputationũ: De Locis Sophisticarũ in Dictione, & extra Dictionẽ redargutionũ: De Causis deceptionũ, & captionum sophisticarũ: De veris, & falsis redargutionibus: De interrogatione tentatiuæ, & quid inter contentiosum, Sophisticumq; intersit: Demũ de captionibus Nugationis, & Solloecismi, occultationeq; Sophistica contra moleste respondentes.

Quid intendit, & aliquem syllogismum sophisticum esse. Cap. I. E

B

E Sophisticis autẽ redargutionibus & de ijs quę videnť redargutiones (sunt autẽ captiosę ratiocinationes, at non redargutiones) dicamus oportet, incipiẽtes ſm naturã à primis. ꝙ igitur hi qui C dem syll'i, illi aũt, cùm non sint, videntur, manifestum est. Nam queadmodum & in alijs id fit ꝑ quandam similitudinẽ, sic & in orationibus se habet: etenim hi quidem habitũ probe habent, illi vero videnť, ex tribu tumentes, & cõponẽtes seipsos, & pulchri: hi quidem ob pulchritudinem, illi aũt videntur seipsos fucantes. Et in inanimatis quoq; sic: nam & illorum hęc quidem argentum, ista vero aurũ re vera sunt, illa non sunt quidem, apparent autem ſm sensum: vt lithargyrina, & stannea, argentea: & felle tincta, aurea: eodẽ aũt modo & syll'us, & redargutio: hæc quidẽ est, illa vero non est, apparet aũt propter imperitiam: nã imperiti velut distãtes, à longe speculanť. Nam syll'us quidem ex quibusdã est positis, vt colligamus aliquid aliud ex necessi- F tate ab ijs, quæ posita sunt ꝑ ea, quæ posita sunt. Redargutio autem syll's est, cum cõtradictione cõclusionis: illi vero id quidem non faciunt. Videntur autẽ ob multas causas, quarum vnus locus aptissim⁹, & publicissimus per nomina. Nam, quia fieri nõ potest vt res ipsas ferentes disputemus, sed nominibus ꝓ rebus, vtimur signis: & quod accidit ĩ nominibus, in rebus quoq; arbi

G tramur accidere: quemadmodũ
ij, qui calculis supputant, id aũt
non est simile: nam nomina qui
dẽ finita sunt, & orationũ mul-
titudo, res vero numero infinitę
sunt: necesse est igitur plura ean
dem orationem, & nomen vnũ
significare: quemadmodũ igit
& illi, qui non sunt prompti cal
culos sustinere, à scientibus deci
piuntur, eodem quoq; modo &
in orationibus, qui nominũ vir
tutis sunt ignari, pfacile captio-
nibus hallucinantur, & ipsi di-
H sputantes, & alios audientes: ob
hanc igitur causam, & eas, quæ
dicẽdę sunt, est syll's, & redargu-
tio apparens, atq; non existens.

Sermo de Intentione libri. Cap. I.

Ntentio huius libri est
loqui de sophisticis elen
chis, qui putant esse elen
chi veri, sed sunt paralo-
gismi. Nos autẽ incipiemus specu-
lationẽ huius, ex principijs notis se
cũdum naturam in hoc genere. Et
dicimus, ꝙ per se notũ est, ꝙ syllo-
gismorum, quidã est vere syllogis-
I mus, quidam vero paralogismus, &
putat de eo ꝙ sit syllogismus absq;
hoc ꝙ sit ita ſm veritatem. Id autẽ,
quod accidit syllogismo ex hoc, si-
mile est ei, qđ accidit reliquis rebus
animatis & inanimatis. & hoc, quia
sicut hominum quidam est vere re
ligiosus, & eorũ quidam est, qui pu
tatur esse religiosus, ipse autem est
hypocrita: & eorũ quidam est vere
pulcher, & eorum quidam est, qui
putatur esse pulcher propter fucum
& ornatum indumenti, vere autem
nõ est pulcher: ac etiam sicut ex ar-
gento & auro quoddã est argentũ K
aut aurum vere, & ex eis quoddam
est, quod putatur esse aurum aut ar
gentũ, sic res se habet in syllogismis.
Latet vero ista spẽs syllogismi, hoc
est, qui putatur esse syllogismus, &
nõ est syllogismus, eum, qui impe-
ritus est sermonũ, & assimilatur ei,
qui speculatur res à remotis. Iã aũt
verificauerunt syllogismum simpli
citer, ꝙ sit oratio, in qua quibusdam
rebus pluribus q̃ vna positis, necesse
sit vt ducatur quid diuersum ab his
quæ posita sunt. Elenchus autem ẽ
syllogismus, ex quo sequitur cõclu- L
sio, quæ est contradictoria conclu-
sionis, quã posuerat aduersarius, &
hoc est, quia, quando sequit̃ ex præ
missis, quas cõcederet aduersarius,
sequeretur ex hoc ꝙ eadẽ res sit ita,
& non sit ita. Sophisticus autẽ elen
chus est syll'us, qui putat̃ esse talis
denominatiõis absq; hoc ꝙ ita sit.
Iam accidit autem talis syllogism⁹
propter causas, quarum postea me-
minerimus. Famosissima autẽ ista-
rum causarũ est, quæ accidit rebus
pp dictiones, & hoc, quia ex quo
non est disceptatio nisi p dictiones,
constituerunt dictiones loco rerũ, M
& simillimum est, quod accidit di-
ctionibus ei qđ accidit rebus, sicut
quod accidit cõposito ex errore se-
cundum numerum, quando consti
tuerint articulum, qui est in digi-
to, loco numeri, & putãt ꝙ id, quod
accidit articulo digiti, sit res q̃ acci-
deret numero. Accidit autem istud
rebus cum dictionibus, quia impos
sibile est, ꝙ dictiones attribuantur
æquales rebus, & numerẽtur ad ea-
rum numerationẽ, ex quo res sunt
quasi infinitę, dictiones autem sunt
finitæ. Si autem impositæ essent di

ctiones

A ctiones significãtes, res difficilis eẽt, locutio autem de eis, aut reminiscẽtia eorũ vel impossibilis: & ideo coactus fuit impositor, ꝙ imponeret vnam dictionem significãtem multas res: & sicut ꝯputatori, apud quẽ non est industria, quę vocatur ꝓiectio numerorum, impossibile est ꝙ constet ei conuenienter error interrogationum numeralium, sic ille, apud quem non est notitia naturarum dictionum, dignus est errare, si loqueretur de aliqua re, aut audiret eam etiam, & propter hanc causam & propter alias causas etiã accidit,
B ꝙ syllogismꝰ, & sophisticus elẽchus fit res inuenta naturaliter.

De generibus disputationum. Cap. 2.

QVoniam autem quibusdam magis operępreciũ est videri esse sapientes, ꝙ̃ esse & non videri (est enim sophistice, apparens sapientia, nõ existens autem: & Sophista pecuniarũ aucupator ab apparẽte sapientia, & non existente:) manifestum profecto est, quoniam necessarium est illis & sapientis
C opus videri facere magis, quàm facere, & nõ videri. Est autem (vt vnum ad vnum dicamus) in vnoquoq; opus sapientis, non mentiri quidẽ ipsum de quibus nouit, mentientem autem manifestare posse. Hæc autem sunt, hoc quidem in eo ꝙ potest dare orationem, illud autem in eo ꝙ sumere. Necesse est igitur illos, qui volunt sophistice agere, dictarũ orationũ genus quærere. Operę enim precium est eis: nã

Sapientis officia duo.

huiusmodi potestas faciet videri sapientes, cuius sunt desideriũ habentes. Quòd autem tale orationum genus est, & quòd talẽ appetunt potestatẽ illi, quos vocamus sophistas, manifestũ est. Quot autem sunt species sophisticarum orationum, & ex quot numero potestas ea constat, & quot partes contingit esse negocij, & de alijs, quæ suffragantur ad hanc artem, nunc dicamus. D

Genera disputationum.

Sunt igitur ad disputandũ, orationum genera quatuor: doctrinales, dialecticæ, tentatiuæ, contentiosę. Et doctrinales quidem sunt, quæ ex proprijs principijs cuiusq; disciplinæ, & non ex ijs, quæ videntur respondenti colligũt: nam oportet credere eum, qui dicit. Dialecticæ autem, quę ex probabilibus collectiuę sunt contradictionum. Tentatiuæ vero, quæ ex ijs colligunt, quæ videntur respondenti, & quæ necessarium est eum scire qui simulat se habere scientiam, quomodo determinandum est in alijs. Porro contentiosæ, quæ sunt ex ijs, quæ apparent probabilia, apparentes syllogisticę. De demonstratiuis autem in Analyticis dictum est: de dialecticis vero, & tentatiuis, & in alijs: de altercatorijs autem & contentiosis nũc dicendum. E F

Sermo de generibus disputationum. Cap. 2.

ET ex quo quãplures homines etiam volũt denominari ꝑ sciẽtiam & exaltari & gloriari gloria magna

G magna sine labore & fastidio, aut absq; hoc ꝙ sint digni, ideo, qñ fuerint ex his, quibus possibile est addiscere scientiã, fuit hoc causa, ꝙ cõstitueretur hoc genꝰ sermonis multis hominibus, & ostẽtent se eo, & putent esse sapiẽtes absq; ꝙ ita sint in veritate, & ideo nuncupantur noĩe scientiæ corruptæ: & est, quod intẽdimus noĩe falsę & sophistarię sm̄ idioma græcorũ. Manifestum autẽ est, ꝙ solertia istorũ est, ꝙ putet de eis ꝙ ipsi faciãt opus sapientũ, absq; ꝙ faciant, sicut sunt opera eorũ. Veri sapientis aũt opus est, ꝙ, qñ loquitur, dicat verũ, & qñ audiuerit verbũ
H ab alio, ab eo discernat falsum à vero, & concedat ipsum, & istæ duę cõditiones sunt, quæ inueniuntur sapienti: quarũ vna est inquantum loquit, & altera inquantum audit necessariũ. Et procurauerunt sophistę inquisitionẽ istius generis locutionis, quia ꝑ istam scientiã possunt videri, ꝙ sint sapiẽtes absq; ꝙ ita sint, nisi sm̄ suum appetitũ. Quòd autẽ hoc genus verborũ sit res, quę inuenitur, est ꝑ se notum. Id aũt, de quo perscrutatur de eo, est, quotuplex sit iste sermo sophisticus, & quot rebꝰ
I proueniat hic habitus, & vł̃r quot sint partes istius artis, & de illis rebꝰ, quibꝰ est ista ars, & hoc est, quod ĩtenderat perscrutari hic. Dicimus aũt, ꝙ genera orationum artificialium, quæ possunt sermone doceri, sint quatuor genera, quarũ vna est oratio demonstratiua, secunda est oratio topica, tertia est oratio rethorica, quarta ẽ oratio sophistica. Ista aũt oratio, qñ vtens ea, assimilat sapientibus, appropriat hoc nomine, qñ aũt assimilatur topicis, vocat litigiosa. Oratio autem demonstratiua est illa, quæ fit ex principijs primis K
propriis cuiq; doctrinæ, quę sunt inter doctorẽ, & discipulum, cuius semitæ est ꝙ recipiat, quod largit ei doctor, nisi cogitet id, quo destruat sermo doctoris, sicut faciunt sophistę. Topica aũt oratio est, quæ congeritur ex principijs famosis probabilibus apud oẽs, aut plures collectiuæ contradictionum. Oratio aũt rethorica est, quæ fit ex principijs cogitatis, quæ sunt sm̄ initium cogitationis. Oratio aũt litigiosa est, quæ putat ꝙ sit topica ex principijs probabilibus absq; ꝙ sint hm̃oi secundum veritatẽ. De oratione vero de- L
monstratiua iã dictum est in libro Poste. sicq; de topica dictũ est in libro Topicorũ, & de rethorica in libro Rethoricoꝝ. Illa aũt, de qua fit sermo, quę oratio litigiosa est, vocatur sophistica: loquemur aũt primo de intentionibus istius orationis.

Fines Sophistæ, & loci sophistici in Dictione. *Cap. 3.*

PRimum igitur sumẽdum est quot coniectant qui in orationibus decertant, & coaltercãtur. sũt aũt hęc quinq; numero: redargutio, falsum, in- M
opinabile, solœcismus, & quintum, quod est facere nugari eũ, qui condisputat: hoc aũt est freq̃ẽter cogere, idem dicere, aut quod non est, sed quod apparet quodq; esse horum. Nam maxime volũt apparere redarguere: scd̃m autẽ, falsum aliquid monstrare: tertiũ vero, ad hoc qđ est inopinabile ducere: quartũ, solœcismo vti facere: hoc aũt ẽ facere sm̄ locutionẽ barbarizare ex

A ex oratione respondentem. Vlti mum autem, idem frequenter dicere. Modi autē redarguendi sunt duo: nā alij quidē sunt propter dictionem, alij vero extra dictionem. Sunt autem ea quidem, quæ propter dictionem faciunt phantasiam, sex numero: hæc quidem sunt, ęquiuocatio, amphibolia, cōpositio, diuisio, accētus, & figura dictionis. Huius autē fides, & ea quæ est per inductionem, & syllogismus: & si qua sumatˀ alia, & quod totidem modis, si eisdē nominibus,

De locis I dictiōe, & primo de æquiuocatione.

B & eisdem orationibus, nō idem significamus. Sunt autem propter æquiuocationem huiusmodi orationes, vt qđ discunt scientes: nam ea, quæ memoriæ prodita sunt, discunt grammatici. Discere enim ęquiuocum est ad intelligere eum, qui vtitur disciplina: & ad accipere disciplinā. Et rursus, ꝙ mala bona sunt: mala autem expediunt. Duplex enim expediens est, & necessarium, quod accidit plerunqꝫ in

C malis (est enim quoddam malū, necessariū) & bona quoqꝫ expedientia dicimus esse. Amplius autem, eundem sedere, & stare, & ægrotare, & sanū esse: nā qui surgebat stat, & qui sanabatur, sanus est: surgebat autē sedens, et sanabatur ægrotans: ægrotantē enim quidlibet facere, aut pati nō vnū significat, sed quandoqꝫ quidē qui nunc ægrotat, aut sedet, quandoque autē qui ægrotabat prius: veruntamen sana-

D batur quidem ægrotans, cùm ægrotans: sanus est autem non cùm ægrotans: sed ægrotans nō nunc, sed prius. Propter autem amphiboliam sunt orationes tales: velle capere me pugnantes. Et putasne qđ quis cognoscit, id cognoscit? nam & cognoscentem significare hac oratione. Et putas qđ quis videt, id videt? videt autem columnam: quare colūna videt. Et putas qđ tu dicis esse, id tu dicis esse? dicis aūt lapidem esse: quare tu lapis, di-

De loco ab Amphibolia.

E cis esse. Et putas est silentia dicere? duplex enim est & id, silētia dicere: hoc quidem eos, qui dicunt silere, illud autem ea, quæ dicūtur. Sunt autem tres modi fm æquiuocationem, & amphiboliam: vnus quidem, quando nomen, vel oratio plura significat principaliter: vt aquila, vel canis. Alius autem quando soliti sumꝰ sic dicere. Tertius vero, quando compositum plura significat, separatum vero simpli-

F citer, vt scire literas: nam vtrūque fortasse vnum quidē significat, & scire, & literę: ambo aūt plura, aut literas ipsas scientiam habere, aut literarū, alium. Amphibolia igitur, & æquiuocatio ꝓpter hos modos sunt. Propter cōpositionem vero huiusmodi sunt: vt possibile est sedentē ambulare, & nō scribentem, scribere: non enim idem significat, si diuidens quis dicit, & componens, quod possibile est sedentē ambulare, & nō scribētem scribere

G bere: & hoc identidem, si quis componat non scribentem scribere, significabit profecto, qđ habet potestatem, vt non scribens scribat, si quis autem non componat, quoniam habet potestatem quando non scribit, vt scribat. Et discit nunc literas, si quis didicit quas scit. Amplius, quòd vnum solum potest ferre, plura potest ferre. Propter vero diuisionem quod quinque sunt duo, & tria, paria, & imparia. Et qđ maius, æquale: tantūdem
H enim est maius & adhuc amplius: nā eadem oratio diuisa, & cōposita non idem semper videbitur significare. Vt ego posui te seruum existentem liberum. Et hoc, quinquaginta virū, cētum heros liquit Achilles. Propter accētum aūt in ĳs, quæ sunt sine scriptura, nō facile dialecticis facere orationē: in scripturis autē & poematib⁹ magis. Vt & Poetam defendūt nōnulli aduersus redarguentes quasi hic absurde locutū. Nec gemere aeria cessa-
I bit turtur ab vlmo, ꝙ pentemimeri vsus sit, & turture fœminino. Soluunt enim id accentu: dicentes ꝙ aeria accētum finalem longum habet, & nō ad turtur, sed ad vlmo, vt epithetū debet referri, & id de Niso, & Eurialo cùm Rutulos vino, somnoque sepultos intellexissent:

> Cum poetā dicit, Homerū ītelligit, cuius hic Arist. carmina citat, verū ꝙ ea nostris accētibus nō accōmodari q̄ūt, interpres pro illis Vergilij, qui latinorum ē Homer⁹, carmina posuit.

Cætera per terras omneis animalia somno
Laxabant curas, & corda oblita laborum.

Talia igitur ꝑꝑ accētū sunt. K
Quæ aūt ꝑꝑ figuram dictionis sunt, accidunt, quando nō idem vt idem interpretatur, vt masculinū, fœmininum: vel fœmininum, masculinū: vel quod inter hæc est, alterum horum: vel rursus quale, quātū: vel quantum, quale: vel faciens, patiens, vel dispositum, facere: & alia, ceu diuisum est prius. Nam est aliquid, qđ non est eorum quę sunt facere, vt eorum quæ sunt facere aliquid dictione significare, vt valere. Similiter figura dictionis L
dicitur ei, quod est secare, vel ædificare, quamuis illud quidē quale quid, & affectum quodā modo significet, hæc vero facere aliquid, eodem aūt modo & in cæteris. propter igitur dictionē redargutiones ex his existūt.

Sermo de quatuor generibus orationum, et de quinque intētionibus orationum Sophisticarum, & de fallacĳs eueniētibus propter dictiones. Cap. 3.

Dicamus itaq; ꝙ intētū huius generis locutionis est vna quinque intētionum: aut ad redarguen- M
dū loquētē, aut ad inferēdū falsum, & rē quę est falsa ꝟm famosum: aut ad largiēdū ei dubiū, qđ inopinabile dicūt: aut ad ponendū ipsum ꝟm modū, quo ferat in locutionē falsū intellectū ab eo quē solœcismū appellāt: aut ad ponendū ipsum nugā & excessum ex rebus, ex quibus sequitur falsitas intellecti ab eo ꝟm imaginationē: sicq; istę sunt quinque intentiones, quas intendunt sophistæ. Famosissima autē istarum quinque

A quinq; intentionum & maxime intēta apud eos est redargutio: rursus sequit' ei falsum in loquētem: pręterea largitio dubij, seu inopinabile: deinde est occultatio sermonis, & ferre ipsũ ad falsum. i. ipse solœcismus, vlterius est illatio ad nugã & locutio ſm excessum. Redargutionũ aũt & fallaciarũ quædã est propter dictiones ab extra, & quædam est propter res. Illa autē, q̃ est ꝑpter dictiones est sex specierum. Quarũ vna est æquiuocatio dictionis separatæ, secunda aũt æquiuocatio cōpositionis, seu amphibologia. Tertia autē est, q̃ est ſm cōpositionem. B Quarta, quę est ꝑpter diuisionem. Quinta aũt est æquiuocatio figuræ dictionũ. Sexta aũt pp accentũ. Ista aũt diuisio notificatur per syllm, & inductionē. Exempla itaque æquiuocationis nominis separati est sermo dicētis, addiscens est sciens, quia addiscens scit, qui aũt scit est sciens, sicque addiscens est sciens. Modus aũt fallacię huius est, quia dictio sciet, dicit' pro tempore futuro & pro tempore præsenti, verificat' autē de sciente pro præsenti, de addiscēti autē pro futuro: sicq; etiam est sermo C dicentis, aliquod malũ expedit, expediēs aũt est bonũ, sicque quoddã malũ est bonũ. Fallacia autē huius est, quia nomen expedientis, qñ dicimus aliquod malũ expedit, significat id, quod significat nomē necessarij, qñ aũt dicimus, & expediēs ē bonũ, significat id, ꝙ significat eligendũ, & res cōueniens. Exemplũ aũt ęquiuocationis compositionis est quarũdam spērum, & hoc, quia iã fit ꝑ prius & posterius, sicut qui dicit, nobilis est sciens, qñ intendit ꝑ hoc, ꝙ sciēs sit nobilis, & putat' prioritas nobilis, & posterioritas sciētis, D qa ꝑdicatũ istius sermonis est sciēs, & nobilis est subiectũ, iã aũt fit æquiuocatio cōpositionis seu amphibologiæ pp reditũ signi īter res plures q̃ vna, sicut est dictũ dicentis, ꝙ scit hõ, est hõ, homo aũt scit lapidē, lapis itaq; scit. Accidit ãt ista fallacia, qa dictio scit, accidit de sciēte & de scito, et sicut ē sermo dicētis, ꝙ dicit hõ, ꝙ sit, ita est: si aũt hõ dixerit silicē, est igitur hõ silex. Causa aũt huius est, quia dictio est, aliquãdo redit ad hoīem, et aliquando redit ad sermonē. Iã aũt fit æquiuocatio pp habitudinē ac si diceres, gaudeo ver E berationе Socratis, quia fert' ꝙ Socrates sit verberãs, aut verberat'. Et aliquando fit per ablationē & defectũ. exēpli gratia, vt sermo dicentis, qui nõ ambulabit, poterit ambulare, et qui nõ scribet poterit scribere, & hoc est verũ: quãdo aũt aufertur dictio, poterit, & dr̃, qui non ambulabit ambulabit, & q nõ scribet scribet, putaret' ꝙ qui non ambulat, sit ambulãs, & ignar' scripturę sit scribēs: putat' aũt ꝙ hoc sit in capitulo diuisionis & compositionis, & hoc, quia defectus est positio cōpositi diuisi. Exemplũ vero locorũ, qbus fit ęquiuocatio pp diuisionē dictionis F compositæ, est, sicut qñ diceres, Socrates est sciens medicinã, Socrates itaque est sciens, & hoc, qa iam verificat' de Socrate ꝙ sit sciens medicinam, & non verificatur de eo ꝙ sit sciēs simpliciter, hoc autem ita fuit, quia non sequitur, ꝙ, qñ verificat' sermo compositus de aliqua re, ꝙ eius partes verificent' diuisæ de ista re. Exemplũ vero loci, qui est ex diuisione, est, qñ res, quæ pr̨edicantur diuisæ de partibus rei verificantur,

& de

G & de tota re secūdum sui totalitatē
verificātur, quando autem compo-
nūtur, sibiinuicem falsificantur. Pu
taret autem sophista, ꝙ, quando ve
rificantur diuisæ, sequatur, ꝙ veri
ficentur compositæ. Illud autem est
contrarium primi loci. Exemplum
autem eorum, quæ verificantur de
partibus rei diuise, & non verifican
tur de toto coniuncta, est sermo di-
centis, ipsorum quinque est par, &
ipsorum quinque est impar, quinq;
itaque sunt par & impar simul: hoc
autē est falsum, quia paritas & im-
paritas vtraque earum verificatur
de parte ipsorum quinque sine par
H te, de qua verificatur altera, quādo
autem prædicatur de toto esset fal-
sum. Exemplum autem prędicato-
rum, quæ verificantur diuisa de to-
ta re, & non verificantur de ea con-
iuncta, ē, sicut sermo dicentis, tu es
seruus, & tu es meus: ergo tu es ser-
uus meus: hoc autem est eorū, quæ
iam falsificantur. Locus autem, qui
est propter accentum, est sicut si va-
riaretur substantia dictionis, & va-
riaretur sensus illius, aut variaretur
ex productione ad correptionem,
aut ex grauitate in tenuitatem, aut
I ex continuatione in pausam, aut la
teret eius substantia, vel permutare
tur eius dictio: hoc autem possibile
ē in scriptura sine prolatione. Exē-
pla autem istorum sunt, quæ dicun
tur in idiomate arabico. Locus ve-
ro, qui est ex figura dictionum, est
sicut si fiat modus dictiōis masculi
nus mod⁹ dictionis fęmininus, aut
modus dictionis passiuus modus di
ctionis actiuus, & putaretur quòd
masculinum sit fœmininum, & fœ
mininum masculinum, & passiuū,
actiuum: sicut est dictum arabum
passiuum calumniatū, loco calum K
niātis, & pulsatū loco pulsantis. Hi
aūt sunt elenchi, qui fiunt propter
dictiones. Iam autē apparet ꝙ sint
sex per viā diuisionis, & hoc, quia di
ctio fallit quādo nō coęquatur rei,
quādo aūt non coęquat̃ rei, manife
stū est, ꝙ significat rē plusq̃ vnam,
quia nō est impossibile ꝙ significat
hāc rē & rē additā ei vltra hāc rē, &
rem subtractā ab ea, qn̄ aūt hoc ita
fuerit, iā significat rē plusq̃ vnam,
aut ꝑ eius additionē ad eā vltra rē,
aut per subtractā ab ea: qn̄ aūt hoc
ita fuerit, nō euadit eius significatio
rei plusq̃ vnius: aut ꝙ accipiatur di- L
uisa, aut ꝙ accipiatur cōiuncta alij.
Rursus, quādo fuerit ex parte, qua
est diuisa, nō euadit ex reliqua triū
diuisionū: aut ꝙ sit ei propter eius
primum modū impositū, & hoc est
nomē ęquiuocū: aut sit hoc ꝓpter
additionē aut subtractionē eius lite
rarū, aut variationē ordinis earū:
& illa est fallacia, quæ accidit ꝑꝑ
substantiā dictionū, & grauitatem
& tenuitatem, & cęteras res, de qui-
bus protrahit̃ vsus idiomatū: quan-
do autem hoc accidit ei, est, quia ip
sa annectat̃ alteri, nō quia hoc acci-
dat ipsimet cōpositiōi, licet accidat M
ei ex varietate illarū à diuisione in
cōpositionem, qui est locus diuisio
nis, aut ex cōpositione in diuisionē,
qui est locus compositionis: qn̄ au-
tē per se notū fuerit, ꝙ nō sit hic di-
uisio cōsequēs dictionē, qua signifi
cat plusq̃ rē vnā, ex parte qua est fal
lēs per se, nō ex parte qua est fallens
per accidēs, sicut ē fallacia, quę acci
dit ex ea cū permutatione, hoc est,
permutatione dictionis loco dictio
nis, est manifestū, ꝙ loca fallentia
ex dictionibus sint ista sex.

De

A *De locis redargutionũ sophisticarum extra dictionem.* *Cap.* 4.

EArum vero, quæ extra dictionē sunt captionũ, species sunt septē. Vna quidē propter accidens: secunda autē propter id, quod simpliciter, vel non simpliciter, sed aliquo modo, aut vbi, aut quando, aut aliquid dicit: tertia autē pp redargutionis ignorãtiã: quarta vero propter cõsequens: quinta autē propter id, qđ est in principio sumere: sexta propter id qđ non est causa, vt cãm ponere: septi-
B ma vero propter plures interrogationes vnã facere. Propter igitur accidens captiones sunt, qñ similiter quodcũq; existimabit rei & accidēti inesse: nam, quia multa eidē accidunt, non est necesse omnibus prædicatis & ei de quo prædicantur, illa omnia inesse: nã omnia sic erũt eadem, quemadmodũ sophistæ dicunt: vt si Coriscus est alter ab homine, ipse est alter à se, est enim homo: aut si à Socrate alter, Socra-
C tes autē homo, ab homine alterũ dicunt esse cõfessum, eo ꝙ accidit (a quo dixit alterũ esse) hũc esse hominē. Propter id autem, ꝙ hoc quidem simpliciter, illud autē aliquo modo, & nõ præcipue, quãdo quod in parte dicit, vt simpliciter dictũ sumitur: vt si nõ ens est opinabile, quod nõ ens est: nõ.n. est idē esse quiduis & esse simpliciter. Aut rursum, quoniam qđ est nõ est, si eorum quæ sunt quippiam nõ est, vt si nõ est homo: nã nõ idem est nõ D
esse quiduis, & nõ esse simpliciter: apparet aũt, ab ꝙ perquam propinquum est dictione, & parũ differat eē quiduis, ab eo qđ est esse, & nõ esse quiduis ab eo quod est non esse. Similiter aũt pp id, quod est aliquo modo, & simpliciter: vt si Indus, cũ sit totus niger, albus est dentibus, albus igitur & nõ albus est. Aut si ambo aliquo modo, quod simul cõtraria inerũt: tale autē in quibusdam quidē, cuilibet facile est cõsiderare. Vt si sumens Aethio E
pem nigrum esse, dētibus dicat ꝙ albus: si ergo ibi albus, ꝙ niger, & nõ niger, putabit disputasse syllogisticè, cùm perfecerit interrogationē. In quibusdam vero latet frequenter, in quibuscunq; cùm aliquo modo dicat, simpliciter videtur sequi: & in quibuscũq; nõ facile est considerare, vtrum eorum præcipue sit assignandum. Fit aũt tale in q-buscunq; similiter sunt opposita: nã videnť vt ambo, aut neu- F
trum dandũ esse simpliciter prędicari: vt si dimidium quidē album, dimidiũ vero nigrũ, vtrũ album, an nigrum? Quæ autem sunt propter id, quod non determinat quid est syllogismus, aut quid redargutio, fiunt propter omissionē orationis. Nã redar- Redargutio quid.
gutio est contradictio vnius & eiusdē, nõ nominis, sed rei, et nominis nõ synonymi, sed eiusdē ex ijs, quę data sunt ex necessitate, non connumerato eo quod

erat

G erat in principio, secũdũ idem, & ad idem, & similiter, & in eodem tẽpore. Hoc autem modo fieri potest, vt quis falsum dicat de aliquo: quidam autẽ omittentes aliquid eorũ, quæ dicta sunt apparent redarguere: vt quod idẽ duplum et nõ duplum: nam duo vnius quidem dupla, tria autem non dupla. Aut si eiusdẽ idẽ duplum, et nõ duplũ, sed nõ ẜm idem: nã ẜm longitudinem duplum, ẜm latitudinẽ non du-
H plum. Aut si eiusdẽ, & ẜm idem & similiter, sed nõ simul: quare est apparens redargutio. Trahat autẽ aliquis hanc & in eas, quæ sunt pp dictionẽ. Quę autẽ propter id, quod in principio erat sumuntur, fiunt quidem sic & tot modis, quot modis cõtingit quod in principio est petere: videntur autem redarguere, eo ꝙ nõ possit quis inspicere idem, et diuersum. Quę vero propter cõsequens est redargutio, ideo est ꝙ putent cõuerti consequentiã:
I nam, si, cùm hoc est ex necessitate, illud sit: & cùm illud est, putant & alterum esse ex necessitate: vnde & quæ ob opinionem ex sensu sunt, deceptiones fiunt: nam sępe esse mel, fel suspicati sunt, eo quòd sequitur flauus color mel. Et quia accidit terram, pluuia madidã fieri, etiam si sit madida, opinantur pluisse: id autem non necessarium est. In rethoricis quidẽ quæ ẜm signum fiunt demõstrationes, ex consequentibus sunt: nam volentes ostendere quòd adulter, quod K consequens est, accipiunt, quòd comptus, aut quod videtur noctu errabũdus: pluribus autem hæc quidẽ insunt, prædicatum tamen non inest. Similiter autẽ & in ratiocinatiuis: vt est Melissi oratio, quod infinitũ est vniuersum: sumens aũt vniuersum ingeniũ (nam ex nihilo nihil fieri) qđ autẽ factum est ex principio fieri: si igitur nõ factum est, principium non habet vniuersum, quare infinitum: nõ necesse est autem hoc accidere, non L enim si omne quod factum est, principium habet, etiam quicquid principium habet, factum est: quemadmodum neque si febriens calidus, etiã calidum necesse est febrire. Quæ vero propter nõ cãm, vt causam: cùm assumitur ꝙ nõ causa est, tãquam propter illud fiat redargutio: accidit autem tale, ad impossibile syllogismus: necessarium enim est in his aliquid interimere ex ĳs, quæ posita sint: si ergo enumeretur in necessarĳs interroga M tionibus ad id, ad qđ accidit impossibile, videbitur propter id sæpe fieri redargutio, vt ꝙ non est anima, & vita idem: nam si generatio corruptioni est cõtrarium, & alicui corruptioni erit quędã generatio cõtrariũ: mors aũt corruptio quędã, & contrariũ vitæ, quare vita generatio, & viuere generari: hoc aũt impossibile, non ergo idem anima & vita. Nequaquam collectum est

A est, nã accidit (tametsi quispiã nõ idem dicat vitã & animam) impossibile: sed solũ cõtrarium vitã quidẽ morti, cum sit corruptio, corruptioni autẽ generationem. Incollectiles igitur simpliciter nõ sunt huiusmodi orationes, sed ad propositũ incollectiles: & latet plerumq; nõ minus ipsos interrogãtes quod tale est. Propter igitur consequens, & ꝑꝑ non causam orationes huiusmodi sunt. Quæ aũt propter id, quod est duas interrogationes vnam facere, quando latet plu- B res esse, & perinde ac vna sit, assignatur responsio vna. In aliquibus autẽ facile est videre ꝙ plures, & quòd nõ dãda vna respõsio: vt vtrum terra mare est an cœlum? in aliquibus vero min⁹, & quasi vna sit, aut cõfitetur (eo ꝙ nequeunt respondere ad interrogatũ) aut redargui videntur: vt putas hic & hic est homo? quare, cũ aliquis ꝑcusserit hũc & hunc, percutiet hominem & non homines. Aut rursum quorum hæc sunt quidem bona, illa C aũt non bona: omnia hęc bona, an nõ bona? nam vtrũuis dixerit, est quidẽ vt aut redargutionẽ, aut falsum apparens videat̃ facere: nam dicere eorum, quæ nõ sunt bona aliquid esse bonũ, aut eorũ, quæ bona sunt non bonũ, falsum. Qñq; autem assumptis quibusdam, redargutio ẽt fiet vera: vt, si quis cõcedat similiter & vnũ et plura dici albo, et nuda, & cęca: nam, si cęcũ est ꝙ

Plures interrogationes vt vna.

non habet visum, natum tñ habere, & cæca erunt quæ non habent visum, nata autẽ habere: D quando igitur hoc quidem habet visum, illud autẽ nõ habet, ambo erunt vel videntia, vel cæca, quod est impossibile.

Sermo de fallacijs ex rebus. Cap. 4.

Loca aũt fallentia sunt septẽ loca, quorũ Vnus ẽ, ꝙ currat id, qđ ẽ ꝑ accidẽs, cursu ei⁹ ꝙ ẽ ꝑ se. Secundus aũt est acceptio connexi, vt absoluti, seu ſm quid vt simpl'r, quãdo acciperetur id, cuius semitę est ꝙ accipiatur cõnexum solum, ac si esset verũ simpliciter, hoc est, id quod E est connexum attributo .i. alicui attributo, aut quo ad temp⁹, aut quo ad locũ, aut quo ad aliam speciẽ cõnexionum. Tertius autẽ est, qui accidit ex pauca notitia cõditionum elenchi, & illatione oppositi eius, de cuius notitia & esse gloriatur aduersarius. Quartus autem est locus cõsequẽtis. Quintus ẽ prologus ad q̃situ, seu petitio principij. Sextus est acceptio nõ causæ, vt causę. Septim⁹ est acceptio interrogationũ pluriũ, ac si esset interrogatio vna. Elenchi itaq;, qui fiunt ex eo qđ est per accidẽs, sunt, qñ cõtigerit ꝙ prædicetur F aliqua res de re aliqua per se, & contigerit alteri illarũ duarum rerũ, aliqua dispositio per accidẽs, quia putaretur ꝙ id, quod est per accidens, inueniatur alteri illarũ duarum rerũ per se. exempli gr̃a, sermo dicentis, Socrates demõstratus est nõ homo, & Socrates demonstratus ẽ hõ, sicq; hõ non est homo, & hoc, quia prædicatio humanitatis de Socrate ẽ ꝑ se: accidit aũt huic ex parte, qua est singularis, ꝙ fuerit nõ hõ, quod est

G est species & vle: & putatur propter hoc, ꝙ sequatur ex illo, ꝙ hō sit nō hō. exēplum hui⁹ etiā est, Socrates est nō Plato: Plato aūt est homo, ergo Socrates est non homo. Fallacia autem, quę accidit ex acceptione cōnexi absolute. i. fm qd, simpliciter est, sicut si diceret quispiam, si quod est nō ens, esset opinabile, opinabile aūt est ens, id itaque quod est non ens, est ens. Aut diceremus, si quod est ens est opinabile, opinabile autē est non ens, id itaque, quod est ens, est non ens. Hoc autē verificaretur, qñ cōnectitur, non qñ absoluit, &
H hoc, quia quod nō ē ens extra cogitationem, est itaq; ens fm cogitationē, non simpliciter. Sic etiā quod ē ens fm cogitationē, esset nō ens extra cogitationem, non simpliciter, hoc est, ꝙ verificetur res de illo simpliciter, & sequat ex eo ꝙ verificet non simpliciter, accidit autem fallacia in hoc loco, qñ accidit ꝙ sit pauca & latēs differētia inter absolutū & connexū: quanto aūt dr̄ia fuerit magis latens, magis erit fallacia per illam, & difficilius cōstabit modus fallaciæ in ea, quāto vero euidētior fuerit, minus erit fallacia, & facilius
I constabit. Hoc autem variabit fm materias, & ī quibusdam locis pōt esse, ꝙ cadat fallacia, cuius solutio nō sit facilis, in aliquibus aūt locis accidit fallacia, cuius solutio sit facilis. Exēpli grā, sermo dicētis, ęthiops est niger, & æthiops est albus fm dētes, ęthiops itaque est albus & niger simul. Possibile enim esset ꝙ accideret talibus fallacia in hoc, ex quo est latens varietas inter nigredinē æthiopis & albedinem eius dentiū, & ideo possibile est, ꝙ homo admittat, ꝙ æthiops sit niger, & admittat quòd sit albus pp albedinē eius den- K
tiū: hic autē nō est valde latēs, ideo iam facilis est eius solutio pluribus hominibus. In aliquibus vero locis nō cadit per hoc fallacia propter cogitationē varietatis inter illa, sicut est sermo dicentis, æthiops est hō niger, homo aūt est albus, quia non accidit ex hoc, quòd homo niger sit albus, ex quo alb⁹, & niger sunt duę species hominis notæ: differētia autē inter eos ē nota valde, & manifesta omnibus, & ideo possibile est vni, ꝙ admittat ꝙ homo ęthiops sit niger, & ꝙ homo sit albus, & possibile est ꝙ admittat, ꝙ æthiops sit niger, & albus fm eius dentes. Locus L
vero est, quo accidit fallacia ꝓpter ignorantiā vnius conditionū elenchi. Hoc itaq; accidit ex priuatione notitiæ conditionum syllogismi cōcludentis elenchum: testimoniū aūt est notitia conditionum cōtradictorij, & hoc, quia cōtradictoriū nō est qđ cōtradicit fm dictionē solū, sed fm rē, hoc est, ꝙ ipsa eadē res sit in enuntiatione affirmatiua, quę ipsamet est res in enūtiatione negatiua, quæ opponit illi omnibus modis. Fit autē hoc, qñ res prædicata in illis fuerit vna, aut subiectum vnū M
aut reliquæ cōditiones eædem, quæ largiuntur in vna duarum enuntiationum oppositarum, sint ipsęmet, quæ largiuntur in altera, ex tēpore & loco, & modo, & cęteris, quæ dicta sunt in lib. Perihermenias. Iste autē locus est fallens, quia quidam hoīes visi sunt ibi, ꝙ, qñ cōtradixerint enūtiation, quā argumētat⁹ est aduersarius, quòd dimittant eā absque ꝙ contradicant ei fm cōditiones, quę terminatę sunt in eo, quod præmissum est, sicut poneret supponens

A ponens ꝙ hoc sit duplum huius, & declarator declararet, ꝙ non sit duplum, dicere aũt nostrũ de eo, ꝙ nõ sit duplum verificatur de eo modo alio à modo, quo verificaretur de eo, ꝙ sit duplũ, & agẽs hoc opinaretur, ꝙ iã dimisisset, sicut verificaret, ꝙ linea sit dupla lineæ ex parte longitudinis, & non dupla ex parte latitudinis, postq̃ linea est longitudo, cui nõ ẽ latitudo. Fallacia aũt, quæ fit, accidit propter prologũ ad q̃situm primum seu petitionem principij. Accidit itaque tot modis, quot possibile est, ꝙ accipiatur oppositũ B rei cũ interrogatione, ac si esset non oppositũ. Intendo aũt per oppositũ illorum, cuius intẽditur destructio, & accidit ĩ hoc elenchus, & hoc qñ annecteretur ipsimet rei, sicut declaratũ est de syllogismis, qui ꝯponũť ex oppositis. Ille autem est duarum specierum, prologus ad oppositum quęsiti, & ille est cuius meminit Arist. ꝙ sit ille, quo vt plurimũ accidit elenchus, & prologus ad ipsummet quæsitũ. Iam aũt dictũ est in libro Priorum de modis, quib⁹ possibile est ꝙ accidat hoc accidens vere. De modis aũt, quib⁹ putatur, ꝙ iam ac- C cidat hoc, & non accidat, dictum est in lib. Topicorum. Causa vero loci quo accidit fallacia elẽchi propter cõsequẽs, est putare cõuersam affirmatiuæ vniuersalis esse vl̃em. exempli grã, qñ apud aliquem hoĩem fuerit, ꝙ oĩs pregnãtis venter sit tumẽs, & oriať in eius mente ꝙ omnis tumens vẽter sit pregnãs. Ex hoc aũt loco multotiens accidit fallacia sensui, adeo ꝙ putať de felle, v.g. ꝙ sit mel pp citrinitatem, quę sentitur ĩ vtrisq;, & putatur de terra humecta, ꝙ pluerit in eã, quia sensatũ fuerat, ꝙ terra, in quã pluerat, sit humecta: D hoc aũt nõ est verũ. Et ideo dicim⁹, ꝙ nõ cõcludit syl̃s ex duabus affirmatiuis in secũda figura. *Syl̃s* autẽ signi, qui fit ĩ Rhetorica, iam fit ex duabus affirmatiuis in figura secunda, qa tales syllogismi iam fiunt in Rhetorica ex rebus, quę consequuntur duabus extremitatibus: sicut qñ intendit Rhetor declarare, ꝙ iste sit adulter, & acceperit consequens adulterũ. gratia exempli, qui ẽ fucus aut error incessus nocturni, & diceret iste fucať, & adulter fucatur, ergo iste est adulter: hoc autẽ non est verũ: fucus enim inuenitur adultero, & nõ adultero: sicq; etiam & error incessus nocturni. Et ex hoc E loco errauit Melissus, qñ dixit, ꝙ totũ nõ habet principiũ, & hoc, quia inuenit verũ, ꝙ oẽ generabile habet principiũ, opinatus est, ꝙ quicquid habet principium sit generabile, & ex quo opinatus ẽ istud, verificatũ est ei cõtrarium eius cõtradictorij, quod est, ꝙ quicquid nõ est generabile, nõ habet principium, mundus aũt nõ est generabilis, ergo illud nõ habet principium, & ꝙ ipsum etiã sit infinitum, & nõ qñ omne generabile habet principiũ, sequitur ꝙ F omne habẽs principiũ sit generabile, sicut ꝙ si omnis febricitans sit calidus corpore, nõ sequitur, ꝙ omnis calid⁹ corpore sit febricitans. Locus aũt, quo accidit elenchus fallens ex acceptione eius, quod nõ est causa conclusionis, ꝙ sit causa, fit, quãdo in syllogismo accipitur pręmissa cũ pręmissis, ex quibus sequitur cõclusio falsa: alter autẽ putaret, ꝙ conclusio sequereť ex illa pręmissa, hoc autem accidit in syllogismo ducẽte ad impossibile, hoc est, syllogismo

G contradictionis, quia auferret partẽ pręmissarum positarũ in eo, inquãtũ inferret falsum, accidit aũt valde in eo ꝙ ingrediatꝛ præmissa, quam sophista intẽderet destruere cũ summa præmissarũ falsarum, ex quibus accidit ipsum falsũ. Qñ aũt acciderit, putatꝛ ꝙ acciderit ex illa præmissa, in cuius destructione errauerũt, ipsum aũt falsum sequitur nõ ex illa præmissa, sed ex alia præmissarũ falsarũ, quas posuerat. Exẽpli gr̃a, diceret quispiam, ꝙ anima & vita nõ sint vna res, quia si essẽt vna res, omnes species generatiõis essent cõ

H trariæ omnib⁹ speciebus corruptionis, & singulis speciebus corruptionis essent singulę species generationis, quę eas appropriarẽt, quę essent eis cõtrariæ, mors autem est corruptio quædam, sicq; vita est generatio quædam: qñ autẽ vita erit generatio, vita est ei, qđ fuit & perfectũ est, generatio autẽ est eius quod generatur. Illud itaque, quod generatur, iã fuit, hoc aũt est diuersum impoſſe, ergo aĩa & vita non sunt vna res, qm̃ hoc falsum sequitur ex hoc sermone, licet nulla suarum pręmissarũ supponat, ꝙ aĩa & vita sint vna

I res: & ideo nõ dicimus, ꝙ nõ sit illatiuus simpliciter, sed dicimus, ꝙ nõ sit illatiuus in comparatione ad id, quod intenderat cõcludere. In essentia aũt istius exempli est fallacia q̃dam, sed non curamus de ea hic, & ideo hoc exẽplum facit errare multos. Fallacia autẽ, quę accidit in eo ex loco cõsequentis, & ex acceptione eius, ꝙ non est causa conclusionis, ac si sit causa sic. Fallacia vero, quę accidit ex acceptione duarũ interrogationũ in vna interrogatione, accidit ex parte, qua ferret duo re

spõsa diuersa, quibus rñderetur vni cõ respõso. Accidit aũt hęc fallacia, K qñ accipitꝛ loco vnius prædicati in enuntiatione plusq̃ vnũ prędicatũ, & loco vnius subiecti in enuntiatione plusq̃ vnum subiectũ. Exemplũ itaq; eius, quo accipiũtur loco vni⁹ prędicati duo p̃dicata est sermo dicentis, terra est ex aliqua re & aqua: iste.n. est duę enuntiationes & duæ interrogationes, nõ vna. Exemplũ aũt acceptionis duorum subiectoꝝ est sermo dicentis, hic & hic est hõ: hic.n. sunt duæ enuntiationes, non vna enũtiatio. Quidam aũt hoĩum est, qui qñ interrogatus fuerit tali- L bus interrogationibus pluribus, ac si essent vna interrogatio, forte cogitabit multiplicitatẽ, q̃ est in interrogatione, & stabit, & pausabit. Forsitan aũt respondebit vnico respõso, & ꝓueniet ei elenchus & falsum, sicut si dicerem⁹, hic & hic est hõ. Ille itaq;, q percusserit hunc & hũc, percussit itaq; vnum hoĩem non duos hoĩes. Plurimũ aũt ꝙ accidit fallacia ſm hũc locũ est, qñ cõtigerit, ꝙ p̃dicata rerũ, de quibus interrogatꝛ interrogatio, sint contraria, sicut in aggregato quarũdam rerum sit bo- M num, & earum sit aliquid, quod nõ sit bonũ, & interrogaretur de oĩbus ipsis vna interrogatione, an sit bonũ, vel non bonũ: quęcũq; aũt duarũ rñsionum responderetꝛ esse fallacia, nisi diuideret aliquã rẽ in eas, & ferret responsum de eis ſm numerũ interrogationũ, quæ sunt ĩ eis, sicut si ĩterrogaretꝛ an fruitio sensibiliũ & fruitio intelligibiliũ sit bona, an nõ bona? qa si diceretꝛ bona, erraretur, quia fruitiones sensatę nõ sunt bonæ. Si autẽ diceretꝛ malæ, erraretur, quia fruitiones intellectiuę sunt bonæ,

A næ, & laudabiles. Qñ aũt illarũ pluriũ rerũ iudiciũ fuerit vnũ iudiciũ, iste locus nõ fit falsigraphus, & hoc qñ iudiciũ totius ex illis fuerit idẽ, qđ iudiciũ vni⁹, qa tũc interrogatio de oĩbus ẽ, sicut interrogatio de vna earũ, sicut diceret an hoc & hoc sit cæcũ, postq̃ cæcitas fuit priuatio visus, vidẽs aũt non differt à vidẽte, ex parte qua est vidẽs, & in tali loco fit ex vna eadẽ enuntiatione respõsum enuntiationũ pluriũ: qñ aũt vnũ eorũ fuerit cęcũ, & alterũ vidẽs, impossibile est, ꝙ responsum sit vnum.

B *Omnes sophisticas redargutiones in ignorantiam redargutionis reuocatum iri.* Cap. 5.

AVt igiť sic diuidẽdũ apparentes syllꝰos, & redargutiones: aut oẽs reducẽdũ ad redargutionis ignorantiã, ĳs, qui hanc principiũ faciunt: fieri enim põt, vt omnes resoluamus dictos modos ad redargutionis definitionẽ. Primũ quidẽ si incollectiles fuerint, oportet enim ex ĳs, quæ posita sunt, accidere conclusionẽ, &, vt ita dicam, ex necessitate, atq; nõ apparẽs. De

C inde & ₰m partes definitionis: nã earũ, quæ sunt in dictione, hę quidẽ sunt pp duplex, vt æquiuocatio, & oratio, & similis figura: consuetũ.n. id oĩa, vt & illud quippiã significare. Cõpositio aũt, & diuisio, & accentus, eo ꝙ nõ eadẽ est oratio, aut nomẽ qđ differens: oportebat aũt & id esse, queadmodum & rẽ eandẽ, si debebat redargutio, vel syllꝰus esse: vt si tunica, nõ vestis syllogizetur, sed tunica: nam verum est & illud, sed nõ syllogizatum

D est: sed adhuc interrogatione indiget, ꝙ idem significat ad eum qui quærit propter quid. Quæ vero ₰m accidens, definito syllogismo manifesta fiunt: nã eandẽ definitionem oportet syllogismi & redargutionis fieri, attamẽ & adiungere contradictionẽ: nam redargutio syllꝰus est contradictionis: si igiť nõ est syllꝰus accidẽtis, nõ fit redargutio: nõ enim si cũ hæc sint, necesse est illud esse, id aũt est album esse propter

E syllꝰum: neque si triangulus duobus rectis tres angulos habet æquales & accidit ei figurã esse, vel primũ, vel principium, ꝙ figura, vel primũ, vel principium tale est: nã nõ quatenus figura, vel primũ, vel principium, sed quatenus triangulus demõstratio similiter & in alĳs. Quare, si redargutio syllꝰus, quidã, nõ erit quæ ₰m accidẽs redargutio. Verũ propter hoc & artifices et omnino sciẽtes ab insciĳs redarguũtur: nã ₰m accidens syllogismos

F faciunt cõtra sapientes: qui vero nõ possunt diuidere, aut interrogati concedunt, aut cum non dant, arbitrantur dedisse. Quæ vero propter id ꝙ aliquo modo, & simpliciter, quoniam non de eodem affirmatio & negatio est: nã aliquo modo albi, aliquo modo nõ albũ: & simpliciter albi, simpliciter non albũ, negatio est: si igitur cũ datur aliquo modo esse albũ, quis vt simpliciter dictũ accipit, non facit redargutionem:

G tionem: apparet autem propter ignorantiam ipsius, quid est redargutio. Manifestissimæ autē oīum quæ prius dictæ sunt propter redargutionis definitionē, quare & sic nuncupatæ sunt: nā propter rationis omissionē phātasia fit, & diuisis hoc pacto, cōmune in oībus his ponendū est orationis omissio. Quæ vero ꝓpter id quod sumitur, quod erat in principio, & non causa vt causa ponitur, manifestæ sunt per definitionem: nam oportet con-
H clusionē accidere, eo quod hæc sunt, quòd nō erat in nō causis: & rursum non connumerato eo quod erat in principio, qđ non habent eæ quæ sunt propter petitionē eius quod in principio. Quæ vero propter consequens particula sunt accidentis: nam consequens accidit: differt autē ab accidenti, quoniam accidens quidem est in vno solo sumere, vt idem esse flauum, & mel, & album, & cygnum: quod autem propter consequens, semper in
I pluribus: nam quæ vni & eidē sunt eadem, & sibi inuicem postulātur esse eadem: propter qđ fit ea quę propter consequens redargutio: est autem nō omnino verum, vt si sit album ſm accidens: nam & nix & cygnus albo idē: aut rursum in Melissi oratione idem esse accipit factū esse, & principiū habere, aut ęqualia fieri, & eandem magnitudinem accipere. Quoniam enim principium habet quod factum est, & quod habet principiū, factum esse postulat, tanquam ambo eadē sint, eo ꝙ principiū habent factū esse & finitū. Similiter aūt & in ijs, quæ æqualia facta sunt, si eandem magnitudinem, & vnā sumentia æqualia fiunt: & quæ æqualia facta sunt, eandem & vnā magnitudinem sumunt: quare consequens sumit. ꝙ igiť propter accidens redargutio, in ignorātia redargutionis est: manifestū, & ꝙ ea, quę est, est pp cōsequens: inspiciēdū
L aūt est id & alias. Quę vero propter id, quod est plures interrogationē vt vnā facere. in eo sunt ꝙ nō enucleamus, siue nō diuidimus propositionis orationē: nam propositio vnū de vno est: nā idē terminus vnius solius rei, & simpľr rei: vt hoīs: simiľr aūt & in alijs. Si igiť vna propositio est, quæ vnū de vno postulat, & simpľr erit ꝓpositio talis, interrogatio. Atqui quoniā syllꝰs ex propositionibus est, redargutio aūt syllogismus, & redargutio
M erit ex propōnibus: si igitur propositio vnū de vno, manifestum quoniā & hæc in redargutionis ignorātia: nā apparet eē propositio, quę non est propositio. si itaque dedit respōsionē vt ad vnā interrogationem, erit redargutio, si autem non dederit, sed apparet, apparēs redargutio. Quare, omnes loci cadūt in redargutionis ignorantiā: qui quidem dicti sunt propter dictionem, quia est apparens contradictio,

quod,

A quod erat proprium redargutio nis, alij autem propter syllogismi terminum.

Sermo de reductione omnium specierum fallaciarum ad fallaciam elenchi.

Cap. 5.

ISta aũt loca, quæ narrauimus, licet numerus suorum modorũ sit iste, cuius meminimus, omnia tamẽ reducuntur ad paucam notitiam elenchi, hoc est, latentiam alicuius rei conditionũ elenchi, & hoc, quia ex quo elenchus verus est syllogismus inferens contradictorium conclusionis, quod notũ est in ea, mani
B festũ est, ꝙ omniũ istorũ locorum fallacia apparet ex parte syllogismi simplr, & ex partibus eius definitionis, & definitione cõtradictorij. ex definitione quidẽ syllogismi, quia iam dictum est de eo, ꝙ sit sermo, in quo, quãdo positæ fuerĩt res plures q̃ vna, sequit ex illis aliquid aliud: qñ aũt hoc ita non fuerit, manifestũ est, ꝙ, quando consequentia est, nõ est necessaria, sed est ex eis de quibus putatur ꝙ sint necessariæ, absq; ꝙ ita sit. ipse itaq; nõ est verus elenchus. Ex partibus aũt eius definitio
C nis est, quia iam res, quæ ponuntur in eo, sunt duę præmissæ & tres termini, quę conueniunt in vno termino, qui vocatur medius, sicq; quando terminus medius nõ fuerit vnus in eis, aut altera extremitatũ nõ fuerit in conclusione, est manifestũ, ꝙ non est syllogismus vere: sic etiam, quando altera extremitatum fuerit accepta ſm aliquam conditionem, quæ non fuerit accepta in cõclusione: quãdo autem hoc ita fuerit, omnes fallaciæ, quæ fuerint propter æquiuocationem nominis dictionum simplicium, & æquiuocationẽ
D cõpositionis, & figurã dictionũ, reducunt ad esse terminũ mediũ non vnum, in syllm aũt ad esse vnam extremitatum in præmissis aliam ab ea, quæ est in conclusione. Ille autẽ, qui fit ex diuisione & cõpositione, reducit in acceptionem præmissarũ ſm modũ alium à modo, quo accipiuntur in conclusione, & nõ fiunt vnũ numero, neq; ĩ syllogismo, neque in cõclusione. Fallacia autem, quæ fit ex eo, quod est per accidens, reducitur ad latentiam alicuius cõditionum syllogismi demonstratiui: & hoc, quia eius conditionis est,
E ꝙ eius præmissæ sint necessariæ & vniuersales. Id aũt, quod est per accidens, non est necessarium, neque vniuersale, sed particulare, qa quando inuenit aliqua res alba per accidens, non sequit, ꝙ quicquid sit huius rei, sit albũ, neq; ſm modũ, quo fuit, neq; quãdo fuit: & vniuersaliter quãdo connecteret aliqua res cũ aliqua re, nõ sequit ꝙ ista res sit cõnexa illi rei. exempli gratia, quia ex quo connectit ipsi esse trianguli, ꝙ sit figura, & ꝙ sit habens lineas, & ꝙ sit habens angulos æquales duob᷒
F rectis, nõ sequitur, ꝙ quando inuenitur figura, ꝙ sit habens lineas rectas, & ꝙ ei᷒ anguli sint ęquales duobus rectis: sic quãdo obseruaueris ꝙ præmissæ sint per se, & ꝙ sint præmissę quę sunt in syllogismo simpliciter solum secundum rem, quæ veniunt in termino medio ſm rem, nõ secundum dictionem, est manifestum, quòd non accidit obseruatori neq; cognoscẽti ĩ illo istud hic modus fallaciæ, hoc est, ꝙ sit pp dictionem, aut propter id, quod est secundũ accidens: & ideo iam possi-

G bile fuit, ꝙ sciens aliquã rem fallat eum, qui nescit syllogismũ: sicut sciens elenchũ distinguens ista loca, q̃ narrauimus, dignior est, ꝙ non erret quàm sciens ea non distinguens ipsa, neq; sentiens eorũ distinctionẽ in istas partes. Fallacia aũt, quæ accidit propter acceptionem rei cõnexæ vt absolute, idest ƒm quid vt simpliciter, reducitur ad paucã notitiam conditionum contradictorij, quia quod ẽ album ƒm partem, nõ est eius contradictoriũ quod nõ est albũ simpliciter, sed putatur tale ꝙ sit contradictoriũ propter paucã notitiam elenchi, & propter affinitatẽ
H differẽtiæ, quæ est inter ea: plurimũ autem, quod aduenit ex latentia cõditionũ contradictorij, est ꝙ appropriatur nomine elenchi, & ẽ ꝙ accipiatur destruens oppositum conclusionis, id aũt, quod nõ est oppositũ, & locus absoluti & connexi seu simpliciter, & ƒm quid ex ista parte est pars istius loci, sed ex parte qua accidit ex eo, ꝙ præmissa sit accepta ƒm aliquem modũ, qui non est modus, quo accipitur in conclusione, est locus separatus per se. Et fallacia, quę ingreditur hanc partẽ, quæ reducit in latentiam elenchi, est, ꝙ termini
I accepti in pręmissis sint ipsimet, qui accepti sunt in cõclusione. Fallacia autem, quæ est propter petitionem principij, & propter acceptionẽ nõ causæ cõclusionis vt causæ, manifestum est, ꝙ accidit ex latentia eius, quod est acceptum in definitione syllꝰi. Petitio quidem principij accidit, quando latuerit, ꝙ consequens sit alia res à cõclusione, & hoc, quia consequens in petitione est ipsamet præmissa: & sic etiam acceptio vt causæ eius, quod non est causa, fit il-

li, quem latuerit, ꝙ cõsequẽs ex syllogismo sit necessario. Locus vero K consequentis reducit ad eũ qui est ƒm accidẽs, & aliquo modo ingreditur sub eo, sed differentia inter ea est, quia hic est putare de vno ꝙ sint plura. Exẽpli gratia, qa ex quo accidit citrinitati demõstratę ꝙ sit mel, putatur ꝙ omne citrinum sit mel, hic aũt ẽ putare de pluribus, ꝙ sint vnũ, & hoc, quia ex quo accidit scribenti, ꝙ sit albus, putauerunt ꝙ scribens sit albus, & ex hoc loco, hoc ẽ, loco consequentis, putauit Melissus, ꝙ omne habẽs principium habeat generationem, quia ipse puta- L uit, ꝙ id, quod accidit illi, quod est generabile, accidit omni habenti principiũ, hoc est, ꝙ sit generabile. Causa aũt fallaciæ, quę accidit propter acceptionem pluriũ interrogationũ, vt vnã interrogationem, est latentia illius, quod dictũ est in definitione cõtradictionis: ex quo cõuenit ꝙ prædicatũ in illis præmissis sit vnũ, & subiectũ vnũ, & ꝙ vni affirmationi nõ sit nisi vna negatio, nec vni negationi nisi vna affirmatio, quia quando fuerit vnũ, contradictio fit vera, quãdo aũt putatur de eo ꝙ sit vnũ, & nõ est vnũ, eius elen- M chus est falsigraphus. Omnes itaq; isti modi reducuntur ad paucitatẽ notitiæ elenchi: hic aũt est syllogismus verus ƒm figurã cõcludens contradictoriũ rei, cuius destructio intenditur: sicque, qñ latebit aliqua res ex conditionibus syllogismi veri ƒm figuram, aut ex conditionibus cõtradictorij, accidunt ista loca fallẽtia. Sicq; iam declaratũ est ex hoc ꝙ ista. 13. loca dictionalia et septem descripta reducuntur ad latẽtiã definitionis elenchi veri, aut partiũ eius defini-

A definitionis, hoc est ad latētiā definitionis syllogismi, aut latētiā definitionis cōtradictorij, & ꝙ quędam eorum sunt, quę reducunť ad latentiā definitionis ꝯtradictorij, & quędā reducūtur ad latētiam definitionis syllogismi, & quędā eorū reducunť ad ambas res simul. Loca autē fallentia ex dictionibus cōueniunt, quia ipsa faciunt putare illū, qui nō est syllogismus, ꝙ sit syllogismus.

Causæ deceptionum, captionum sophisticarum. Cap. 6.

DEceptio autem fit in ijs B quidem, quæ propter ęquiuocationem, & orationem, eo ꝙ nō pōt quis diuidere id, qđ multipliciter diciť: nam quædā non est promptum diuidere, vt vnū, & ens, & idē. In ijs aūt, quæ sunt propter compositionē, & diuisionē, eo quòd nihil putatur differre cōposita & diuisa oratio, ceu euenit ī plurimis. Similiter aūt & in ijs quę sunt propter accētum: nō enim aliud videtur significare intensa, & remissa oratio in aliquo, aut non in pluribus. Earum vero, quę sunt propter figuram ob C similitudinem dictionis: difficile est enim diuidere, quæ similiter, & quæ aliter dicuntur: nam ferme qui hoc pōt facere in procinctu est, vt videat verū: maxime aūt sciet innuere, ꝙ omne, ꝙ de aliquo prædicať, arbitramur idipsum aliquid esse, & vt vnū intelligimus: nā vnum, & substantiam maxime videtur sequi id, quod est aliquid, & ens. Quare in ijs, quæ sunt propter dictionē, hic locus ponēdus: pri D mum quidē magis deceptio aggignitur in ijs, qui cum alijs considerārent, quàm qui ꝑ se ipsos: nā ea, quæ cum alio est, cōsideratio per orationē est, quę aūt per seipsos, non minus per ipsam rem. Deinde & per seipsos decipi accidit, quādo in oratione facit cōsiderationē: præterea deceptio quidem ex similitudine, similitudo autē ex dictione. In ijs aūt, quæ sunt propter accidens, eo ꝙ non potest dijudicare idem et diuersum, & vnum & multa: neque quibus prędicatorū omnia E hæc & rei accidunt. Similiter autem & in ijs quæ propter consequens sunt: pars enim quædam accidentis, est consequens. Amplius & ī multis apparet, & postulatur hoc pacto, si hoc ab illo nō separatur, nec ab altero separatur alterū. In ijs verò quę sunt propter omissionem orationis, & in ijs quæ sunt propter id ꝙ aliquo modo & simpliciter, eo ꝙ propter parum deceptio est. nā quasi nihil cōsignificet quid F aut aliquo modo, aut simpliciter, aut alicubi, aut nunc, vniuersaliter concedimus. Similiter autem & in ijs, quę quod in principio est sumūt, & in nō causis, & quæcunqꝫ plures interrogationes vt vnam faciūt: in omnibus enim his est deceptio, ob id quod propter parum: nā nō exacte discernimus, neque propositionis, neqꝫ syllogismi terminū, propter prædictam causam.

G *Sermo de rebus, quibus elenchi sunt deceptiui, & de elenchorum speciebus secundum illas. Cap. 6.*

CAusa aũt fallacię, quę fit propter æquiuocationẽ dictionũ, est difficultas separationis rerũ multarum, de quib⁹ dicitur dictio vna, & signãter per dictiones disperatas quod multiplicat esse rerũ, in quas cadũt, & difficilis fit earũ cognitio & separatio, sicut est separatio rerũ in quas cadit nomen vnius & entis. Causa aũt fallacię, quæ accidit propter diuisionẽ dictionis, & eius compositionem, est pauca pceptio diuer
H sitatis, quę accidit significato dictionis, quãdo aliquãdo diuidit᷑, & deinde cõponitur nõnunq̃, & sic etiã ipsi dictioni, quæ aduenit propter æquiuocationẽ figurę, & diuersitatem dispositionis suarũ literarũ, & punctorũ ſm suas significationes. Ille aũt, apud quẽ est potestas cognoscendi fallacias, quæ fiunt propter dictionẽ, proximus est, ꝙ non erret in rebus nisi pauco errore, & hoc, quando festinat, & distinguit rem, de qua verificatur attributum, aut falsificatur, q̃a putaret omnes illas res, quas significaret ista dictio, ac si
I essent sensatę apud eũ, & demõstratæ, & festinaret, & determinaret ſm dispositionẽ, qua cõueniret eis hoc attributũ, determinatione cõuenientĩ. exempli gratia, quãdo audiuerit quis, ꝙ res sit ens vnum, determinauit ꝙ ista res sit singulæ substantiæ demonstratum, quia res & ens dñr de substantia demonstrata vna ſm numerum, & ideo quod apparet nobis primo ꝙ fallacia accidat nobis est propter dictiones, licet appareat etiã casus erroris propter res fallentes, quę numeratę sunt: & hoc, quia causa erroris, qui fit propter cõtrouersiã aduersarij, & auditũ eius, est fallacia illorũ locorũ dictionaliũ. Causa aũt erroris, q̃ fit circa id, qđ ɔsiderat hõ in se, sunt illa descripta, licet accidat iam apud ɔsiderationẽ fallacia propter dictiones: & hoc, quãdo aliquis hõ valde meditatur, ꝙ disputat secum ipse, sicut faceret cũ illo cũ quo litigat, & imaginatur dictiones cũ rebus, & vniuersaliter causa fallaciæ in istis locis sunt prę-
K
missæ cũ pauca perceptione differentiæ, quę sit inter quid sit diuisum, & quid sit idẽ. Sicq; causa fallaciæ dictionũ est difficultas distinctionis ĩter eas & ĩter res, & acceptio ei⁹ qđ est diuisum, ac si esset idem. Et hæc eadẽ est causa fallacię eius, qđ ẽ ſm accidẽs, & ꝙ ille hõ non distingueret id, quod cõsequitur vllum prędicatorum essentialium à rebus, quæ sunt per accidẽs. Et hac eadem causa accidit fallacia loci consequẽtis, quia hic locus, sicut diximus, ingredit᷑ illã, quę est accidẽtis, & est pars illius. Causa autẽ fallaciæ, quæ accidit propter absolutum & connexũ, seu simpliciter & ſm quid, est, ꝙ putetur ꝙ diuersum sit idem: hoc autẽ accidit propter paucitatẽ dñæ, quæ fuerit inter ea. Sic etiã fallacia eius, cuius causa est petitio principij, & ea, cui⁹ causa est acceptio ei⁹ quod nõ ẽ causa vt causa. Causa aũt ei⁹, quæ est acceptio pluriũ interrogationũ, ac si esset vna, est paucitas pceptionis differẽtię, quę est inter ea ſm se. Acceptio aũt eius, qđ non est causa, est ppter paucitatem dñę ĩter illud & inter id, qđ ẽ causa vere. Causa aũt petitionis principij ẽ paucitas dñę, quę est ibi inter formam syllogismi, quo positũ est ipsũ quęsitum
L
M

A situm,& inter verum syllm, ex quo eius forma, est forma sylli. Quando aũt hoc ita fuerit, causa fallaciç istorum locorum reducitur vlr in duas res, quarũ vna est, ꝙ putetur de eo, qui non est sylls, ꝙ sit sylls propter paucam dr̃iam, quæ est inter eos, & ꝙ putetur de eo, quod non est contradictoriũ, ꝙ sit contradictorium ꝑꝑ paucitatẽ dr̃iæ, quæ est inter ea: hoc autem accidit, qñ non perficiũtur definitiones cuiusq; eorum ꝑfecti, neq; subtiliter discernũtur, hoc est sylls elenchus, quia, si declaret̃ nobis ex quot causis sint sylli sophi

B stici fallentes, hoc est, elenchi sophistici, neq; de omni elencho, qui putatur ꝙ sit elenchus, esset contradictio, neq; elenchus. Elenchi autem vles non proportionati, sunt qui nõ proportionantur alicui arti artium demonstratiuarũ, & sunt elenchi, de quibus putaret ꝙ sint elenchi, ille q̃ nõ fuerit exercitatus in illis artib⁹, sicut elenchus artium demonstratiuarum sit elenchus verus non proportionatus, qñ nõ proportionato vtitur ars Topicæ: fallentur autẽ in hoc demonstratiue qui nesciunt, ꝙ

C hoc genus sit propriũ artis Topicæ, hoc est, eo vti nõ proportionato: & hoc, quia hęc ars vtitur falso, qñ fuerit famosum, & eo magis ex non ꝓportionato. Sic etiam vtit̃ elenchis falsis vniuersalibus, sicut artes demõstratiuæ vtuntur elenchis proprijs. Dr̃ia etiam inter hanc artẽ vti elenchis vniuersalibus, & inter artẽ elenchi topicã vti eis est, quia ars tentatiua vtitur hoc ad augendã intellectionẽ & disciplinam, istius autẽ intentio est fallere. Si hæc ars est quodammodo pars artis topicæ, & sicut elenchus, qui fit in redargutionib⁹

demõstratiuis ex præmissis veris nõ D proportionatis, ẽ sophisticus, sic elẽchi, qui fiunt in arte topicæ ex ꝑmissis de quib⁹ putatur, ꝙ sint famosę, & non sunt famosę, sunt sophistici, licet sint veri. Elẽchi ergo sophistici sunt duo, quorũ vnus est, qui putat̃ ꝙ sit verus, & est falsus, secũdus est, qui putatur, ꝙ sit illius artis, & non ẽ ita, siue fuerit falsus, siue fuerit verus. Postq̃ autem fuerit hoc declaratum, redeam⁹ & dicamus, ꝙ omnes sylli sophistici inferuntur ex istis locis, si hæc loca fuerint oẽs res fallentes, aut quidã eorum inferuntur ex his, si ista, quorum memini, nõ fue- E rint oẽs res fallentes. Iam aũt apparet ꝙ istæ sint oẽs res fallentes, ex eo quod iam declaratum est, ꝙ omnes elenchi & contradictiones fallentes sint elenchorũ & cõtradictionũ, de quibus putatur, ꝙ sint veri elenchi, & non sunt veri, quia deficit eis aliqua parua res ex definitionibus elẽchorum verorũ. Quádo aũt res ita fuerit, sequitur ꝙ numerus specierũ elenchorũ non verorum sit numerus specierum defectus ingredientis elẽchos veros, & sequit̃, ꝙ numerus defectus ingrediẽtis ſm eorum partes, hoc est ſm partes elẽchorum ve F rorum, sit ſm numerũ partiũ illorũ. Ex quo iam declaratum est, ꝙ elenchus verus est sylls concludens contradictoriũ rei, quæ nota fuerit ſm esse, & declaratũ est, ꝙ iste elenchus est verus, qñ fuerint in eo tres cõditiones, quarũ vna est, ꝙ sit verus ſm figuram, & secunda ꝙ sit verus ſm præmissas, & tertia ꝙ cõtradictoriũ inferentis sit vere contradictorium rei notæ ꝑ ipsum, hoc est conclusionis, cuius destructio intenditur. Manifestũ itaq; est, ꝙ sequit̃ ꝙ loca fal

lentia

G lentia elenchi ex rebus, quæ sunt ꝑter loca dictionũ, reducunt in hęc tria, & hoc, qñ videres demrõnem notã, in qua nõ sit latẽtia, sed putat de eo qđ non ẽ contradictoriũ, ꝙ sit cõtradictoriũ. Arist. aũt meminit ꝙ nõ accidant ab illo ex locis fallentibus, nisi duo loca, quorũ vnus est latentia cõditionũ, de quib⁹ meminimus in caplo contradictorij, & secũdus est acceptio duarũ interrogationũ, vt vnius interrogationis. In illo vero, qui est pp extimationẽ putare de eo, qui nõ est syll's, ꝙ sit syll's, iam meminit de eo oĩ ꝙ non accidũt ni-
H si duo loca solum, quorum vnus est syll's, qui vocat petitio principij, secundus aũt est acceptio eius, qđ nõ est causa, ac si esset causa. In apparẽtia vero, quę fit pp acceptionem partium syll'i, quæ sunt ꝑmissę, hoc est, ꝙ putet de eo quod non est verũ ꝙ sit verũ, ipse meminit, ꝙ sint tria loca, quorũ vnus est locus eius, quod est ꝯm accidens: secundus aũt est locus absolutionis, & cõnexionis, seu simpl'r & ꝯm quid: tertius aũt est locus consequentis, & illa est euersio. Sicq; non inueniuntur deceptiui ex istis tribus partibus sermonis elen-
I chi, quę præmissę sunt, nisi isti. Hęc itaq; loca sũt septẽ necessario, sicut meminit Arist. & impo'e est, ꝙ addatur eis, neq; subtrahat ab eis. Dicimus aũt esse istas res deceptiuas cõtentas in istis partibus, ex quib⁹ infert, ꝙ elenchus est res manifesta.

Ex quibus locis captiones falsi. Cap. 7.

Vñ fiant syll'i sophistici.

QVoniam autẽ habemus propter quæcunq; fiunt apparentes syllogismi, habemus & propter quæcunq; fiunt sophistici syll'i, & redargutiones, dico aũt sophisticam redargutionem, & syll'm, non solũ apparentem syll'm, aut redargutionem nõ existentem quidem, sed & existentem quidem, at apparenter accommodatã rei. Sũt autem illæ, quæ non ꝯm rem redarguunt, & quę mõstrãt ignorãtes, quod quidẽ erat propriũ tentatiuę. Est aũt tentatiua, pars dialecticę: illa aũt potest syllogizare falsum propter ignorantiã eius, qui dat orationem. Sophisticę aũt redargutiones, tametsi colligant contradictionẽ, non faciunt manifestũ, si ignorat: nam & scientẽ impediunt hisce orationibus. Quòd aũt illas habeamus hac via, manifestũ est: nam propter quæcũq; apparet audiẽtib⁹ vt interrogata syllogizare, propter hec & respõdenti vtiq; videatur: quare erunt syll'i falsi per hæc aut omnia, aut aliqua: nã quod non interrogatus arbitratur dedisse, & interrogatus quoq; ponet. Verũ in quibusdã simul accidit & interrogare qđ deest, & apparere falsum: vt in ĳs, quæ sunt ꝯm dictionem, & solœcismum. Si ergo syll'i contradictionis propter apparentẽ redargutionẽ sunt, manifestum ẽ ꝙ propter tot erunt & falsorum syll'i, propter quot & apparens redargutio: apparẽs aũt ꝑpter particulas veri. nã cũ quodcũq; defuerit, apparebit redargutio, vt quod propter non accidens: propter orationẽ, quæ ad impossibile: & q̃ duas ĩterrogationes

K

L

M

vt

A vt vnã facit propter ꝓpõnem: & pro eo quod per se, quod propter accidẽs, & hui⁹ particula, quod propter consequens. Amplius, nõ in re, sed in oratione accidere: deinde pro vlí contradictione, & s̄m idem, & ad idẽ, & silr, propter id, quod in aliquo, vel propter vnumquodq; horũ peccat. Amplius, propter id, qđ est, nõ connumerato eo quod in principio, quod in principio sumere. Quare habemus s̄m quot B fiunt captiosæ rõcinationes: nã s̄m plura non erunt, s̄m aũt ea, quę dicta sunt, erunt oẽs. Est autẽ sophistica redargutio nõ simpliciter redargutio, sed ad aliquem, & sylls similiter. Nam, si nõ sumat id quidẽ quod est propter æquiuocum vnũ significare, & quod ꝓpter similitudinis figurã solum hoc quidem, & in alijs silr, neq; syllogismi, neq; redargutiones erunt, neq; simplr, neq; ad eum, qui interrogat: si autem sumãt, ad eum, qui inter- C rogatur erũt, simpliciter autem non erunt: non enim vnũ significatum sumpserunt, sed apparẽs, & apud illum quidem.

Sermo de sufficientia locorum elenchorum. Cap. 7.

QVòd vero non sint ex istis partibus nisi illæ, quarũ meminit Arist. est res indigens consideratione, & putatur ꝙ relinquere sermonem de illa, & eius dimissio sit dimissio ad perficiendum illã non ex nobis ipsis: hoc est, qui venturi eramus post ipsum, qa hic est locus ꝑscrutationis & speculatiõis. Nos au- D tem inuenimus Abumazar Alpharabium in suo libro, ꝙ iã addiderit istis locis octauum locũ, qui est locus permutationis & translationis, hoc est, ꝙ loco rei accipiatur eius simile, aut cõsequẽs ipsum, aut ei annexum. Dicamus aũt, an possibile sit, ꝙ latuerit Arist. hic loc⁹, aut nõ latuerit. Si latuerit eum, nũquid latuerint eũ cũ hoc alia loca, vel qualiter sit huius dispõ, via autem, vt cõstet hoc, est hoc modo, quo Aristo. incępit declarare numerũ locorum deceptiuorũ. Et dicim⁹ nos, ꝙ negatiua, quæ putant de eo quod nõ est E contradictoriũ, ꝙ sit cõtradictoriũ, sunt plura q̃ ista, quæ narrauit hic Aristo. Hoc itaq; declaratũ ẽ in lib. Peri hermenias, sicut ꝙ accipiat cõtrarium loco contradictorij in materia possibili, aut accipiant contraria loco affirmatiuæ, & negatiuæ aut alia ab his, quę dñr ĩ hoc libro. Sic etiã declaratũ est in lib. Priorũ, ꝙ sylls sit corruptæ formę pluribus ex causis pręter duas causas, quarũ meminit hic, sicut ꝙ sint ex duabus affirmatiuis, aut ex duab⁹ particularibus, & alię spẽs syllogismorũ non concludentium. Et sic ostenditur, ꝙ accidit nobis, ꝙ verificemus pręmis- F sas falsas pp alias res, sicut sunt testimonia & res, q̃ sunt ab extra. Ac ẽt accidit nobis istud pp inductionẽ, & exemplũ, sed hæc numerata sunt in alijs artibus, & nõ numerant in arte Sophistica, hoc est, quia ille largitus ẽ inductionẽ propriã topicę, quæ facit acquirere veritatẽ topicã, & exemplum proprium rethoricę, quod facit acquirere verificationem oratoriã. Et sic verificatio, quę fit ex testimonijs, & reb⁹, q̃ sunt ab extra, largit

G largitur propria arti Topicæ, & arti Rhetorices ſm conditiones, quę ibi dicuntur: totum aũt hoc eſt ex illis, quę requirit ſpeculatio. Dicimus aũt, ꝙ apparet ex Ariſt. in toto hoc, ex quo ipſe eſt, q facit nos acquirere oĩa iſta loca, ꝙ ipſe nõ ſit ſibi viſus, ꝙ loca deceptiua attributa huic arti, ſint omnia loca, ex quibus accidit nobis deceptio, qualitercũq; cõtigerit, niſi duabus conditionibus: quarũ vna eſt, ꝙ eorum deceptio ſit eſſentialis, hoc eſt, ꝙ deceptio de eis accidit valde nobis naturalr, ſicut ſuppoſitiones, quę ſm ſuam naturã

H ſequuntur ex deceptione ſenſuum, qm̃ acquiruntur hæc loca ex inductione cadẽte in ſpeculatione ſpeculãtis res exiſtentes, ſicut eſt diſpõ reliquorum ordinũ iſtarũ artium: ſecunda aũt cõditio eſt, ꝙ locus faciat acquirere falſum ſemp aut vt plurimum: qñ autem hoc ita fuerit, non numeratr in reb⁹, quæ putantr de eo, quod non eſt contradictoriũ, ꝙ ſit contradictoriũ, niſi illa duo loca ſolũ, quia ipſa ſunt cauſa deceptionis cadẽtis naturaliter ſm totũ, aut ſm plurimum in hac parte elenchi: reliqua vero loca decipiũt vt in paucio

I ribus. Id aũt, cuius actio fuerit vt in paucioribus, nõ oportet ꝙ numeretr pars artis, qñ hęc ars fuit ars efficiẽs deceptionẽ, & hoc, quia ſicut ars intendens actionẽ venenorum nõ ponit aliquã rem ſuæ artis, quæ ſit venenũ vt in paucioriб⁹, ſed quod fuerit venenũ vt plurimũ, aut neceſſario, ſic eſt res in rebus, quę ponũtur in hac arte gradu elementorũ. Loca itaq;, quę conuenit numerare partẽ huius artis, ſunt quę valde parũ percipimus, ea tñ faciunt acquirere falſum aut ſemper, aut vt plurimũ: & propter hanc rem dixerunt Antiqui demonſtratores, ꝙ præmiſſę falſæ, quę ſunt ſemp, aut vt plurimũ, ſunt propriæ huic arti, ſicut veræ vt plurimum ſunt propriæ Topicæ, & veræ ſemper ſunt propriæ demonſtrationi, verę aũt & falſę ęqualiter sũt propriæ Rhetoricę. Quando autem hoc ita fuerit, iam ĩquiruntr loca deceptiua, quæ cõtinet hęc ars, hoc ẽ, ars Sophiſtica: & non inueniuntr talis diſpoſitionis niſi hæc ſeptẽ ſolũ, & hoc, quia reliquarũ rerũ, ex quibus apparet corruptio formæ ſyllogiſmi vltra duas cauſas, quarũ meminimus in hoc libro, putatr ꝙ non

L ſit noſtra modica ſenſatio de illis vt plurimum, qm̃ nos nõ inuenimus aliquos ſpeculatores, qui errarẽt ꝑpter vſum duarũ negatiuarum in figuris cathegoricis, neq; p duas particulares, niſi parũ, & ſic putatr ꝙ ſint reliqua loca deceptiua cõtradictorij præter ea, quorum meminimus hic ſolum. Res vero, quæ decipiunt ꝑꝑ p̃miſſas, veriſimile eſt, ꝙ ſint veræ, quia quæ numeratæ ſunt, ipſæ etiã ſunt, quarũ noſtra perceptio vt plurimũ fuit pauca, & earũ actio ſm falſitatem fuit ſemper & vt plurimum. Id vero, quod efficit deceptionẽ vt

M in paucioribus eſt propriũ artis Rhetoricæ, & talis eſt diſpõ exempli: & ideo non conuenit ꝙ numeretr eius deceptio pars iſtius artis, ſicut nõ numeratr deceptio inductionis. Sed iã dubitatr in hoc ſermone, & diceretr, ex quo iam nos inuenimus Ariſt. ꝙ vſus fuerit locis cõſequentis in hoc libro, & vſus fuerit ſyllo ſignij Rhetorica, quo nã mõ eſt diſpoſitio hmõi? Dicimus, ꝙ ipſe vſus fuerit locis conſequentis hic ex parte qua ipſum eſt deceptiuũ in ipſis pręmiſſis,

& pau-

A & paucitas perceptionis earũ est vt plurimum, & eius actio deceptionis etiam est vtplurimum. Sed, qñ accipiuntur ex parte qua componitr ex eis secunda figura solũ, est narratio Rhetoricorũ, quia non vtitr ẽm illũ ipsis cõuertibilibus, quę sunt in secunda figura, & ideo non numeratr hic ex spẽbus locorũ quæ decipiunt ẽm formã syllᵒi dum vtitur duabus affirmatiuis in secũda figura: & hãc ob causam Arist. non numerat hic locũ permutationis, quia ille est locus poeticus, & fallacia ꝓueniẽs ex eo est per accidens, nõ per se. Intẽta vero hic sunt deceptiua per se, locus B aũt pmutationis accidit essentię exẽpli. Postq̃ aũt declaratum est istud, redeam⁹ ad id, ĩ quo fuimus de expõne negatiuarũ rerũ huius libri.

De veris, & falsis redargutionibus. Cap. 8.

Veræ redargutiones innumeræ.

PRopter quæcunq; autẽ redarguunt, qui redargutionibus vtunt, non oportet tentare sumere, sine omniũ quæ sunt sciẽtia: id aũt non vnius artis, nã infinitæ fortasse sunt scię: quare manifestũ, qm̃ & demon C strationes, redargutiones quidẽ sunt, & veræ: nam quęcunq; est demonstrare, est & redarguere eum, qui ponet cõtradictionem veri: vt si cõmensurabilem diametrũ posuerit, redarguet quis demr̃one, ꝙ incommẽsurabilis, quare oĩum oportebit esse sciũ: nam aliæ quidẽ sequuntur propter ea q̃ in geometria sunt principia, & eorũ conclusiones: aliæ aũt propter ea quę sunt in medicina: aliæ deniq; ꝓpter illa, quæ sunt aliarũ disciplinarũ. Sed & D falsæ redargutiones siľr infinitæ erunt. Nam ẽm vnãquamq; artem est falsus syllᵒs: vt ẽm geometriam geometricus, & ẽm medicinam medicinalis: dico autem ẽm artem, ẽm illius principia.

Manifestum est igitur, ꝙ non omnium redargutionũ, sed earum, quæ sunt ẽm dialecticam, sumendi sunt loci. Nam ĳ communes sunt ad omnem artem et potentiam, & eam quidem, quę est ẽm vnamquãq; disciplinam redargutionem: scientis est con- E siderare siue cùm non est, apparet: siue cùm est, & quare est, eã autem, quę ex cõibus est, & sub nulla arte cadẽs, dialecticorum. nam, si habemus ex quibus probabiles syllogismi in quolibet, habebimus ex quibus redargutiones: redargutio nanq; est syllᵒs cõtradictionis, quare aut vnus, aut duo syllogismi contradictionis, redargutio est. Habemus igitur propter quęcunq; oẽs huius F modi sunt: si autẽ hęc habemus, et solutiones habem⁹: nam illarum instantiæ, solutiones sunt. Habemus aũt propter quęcũq; & apparentes fiunt, apparentes autem non cuilibet, sed talibus: infinita enim sunt, si quis consideret illa, ẽm quęcunq; apparẽt quibuslibet. Quare manifestũ est, qm̃ dialectici est posse sumere ꝑꝑ quæcũq; fit per cõia, vel quę est redargutio, vel q̃ apparet redargutio, vel dialectica vel apparẽs dialectica, vel tẽtatiua.

Sermo

G *Sermo de Elenchorum solutione, & quomodo Aristo. scripserit de ea in hoc libro.* Cap. 8.

QVando aũt declaratum fuerit istud, iam declaratũ erit quot modis fiant res deceptiuæ vniuersales, & ꝙ sint ex ipsis, non ex alijs, & ꝙ sit nobis festinanter notitia in oĩ elencho, cadente in omni arte artium demonstratiuarũ: hoc aũt nõ est res, quæ sit in potentia istarũ negatiuarũ hic traditarũ, neq; cõuenit iactari de cognitiõe huius festinanter, sed possibile ẽ cognoscere illud in singulis artibus illi, q contineret
H notitiã rerũ inuentarũ in illa arte, & ideo vr̃ ꝙ elenchi proueniẽtes in singulis artib⁹ sint infiniti, sicut q̃sita earum sunt infinita, & ꝙ numerus elenchorũ in eis est, sicut numerus quæsitorũ, & eorum solutio est illorũ, & hoc, quia soluit elenchũ, vt qui cõcludit ꝙ latus quadrati sit cõicabile diametro, est ille, q declarat demonstratione, ꝙ sit incõicabile, qa isti elenchi (sicut dixim⁹) sunt ex rebus essentialibus, res aũt essentiales, quę proueniũt in artes vt plurimum huius sunt propter particulares: solutio autem earũ est eius,
I qui continet notitiam talis quæsiti. Sicq; notitia istarũ particularium, hoc est propriarum in singulis artibus, nõ est vnius artis, immo pluriũ artiũ. Sicq; notitia solutiõis elẽchorum propria habenti artem Geometriæ est Geometrę, & Medicinæ est Medici: & hinc ẽ ꝙ apparet de istis elẽchis, ꝙ sunt infiniti. Elenchorũ aũt vniuersaliũ notitia est artis vniuersalis, sed quia istius artis gradus non est, ꝙ exponat formã artis Sophisticę, eius notitia & solutio ẽ artis docentis, & vl̃is, q̃ est ars Topicę, & ideo vr̃, ꝙ id, quod dictũm est de K
hoc in hoc libro, est ex parte qua ẽ pars artis Topicę. Sicq; iã declaratũ est, ꝙ nõ est istius artis solutio deceptiuorum particulariũ, neq; vniuersalium, nisi ex parte qua est pars artis Topicę. Sed Arist. inquantum speculatus est hãc artẽ ex parte, qua est pars artis Topicę, largitus ẽ modos, quibus soluũtur isti deceptiui, & posuit eos partem huius libri.

Orationes ad nomen, & ad intellectum non bene diduci. Cap. 9.

NOn est aũt differẽtia orationum quam quidã dicunt esse, has quidem ad L
nomen, illas vero ad intellectũ. Inconueniens enim est opinari alias quidẽ esse ad nomẽ orationes, diuersas vero ad intellectũ, & nõ easdem. Quid enim est nõ ad intellectũ, nisi qñ nõ vtimur nomine (qui putat interrogare) eo, ad quod is, qui interrogatus dedit? idem aũt id est & ad nomen. Et ad intellectũ autem, qñ ad quod dedit intelligens. Si autem aliquis (plura significãte nomine) vnum putet significare, & M
interrogans, & interrogatus (vt forte ens & vnum plura significat, sed & respondens & interrogãs Zeno, vnũ putãs esse interrogauit, & est oratio quod vnũ, omnia) hęc ad nomen est, aut ad intellectum interrogantis disputata. Si vero aliqs multa putet significare, manifestũ ꝙ oratio illa nõ est ad intellectũ. Primũ igit̃ circa huiusmodi orationes, est ad nomen, et ad intellectum, quæcũq;

A quæcunq; plura significant: deinde circa quamlibet est, nã non in oratione est ad intellectum esse, sed in eo quod respondens se hēt aliquo modo ad ea, quę dantur: deinde ad nomen contingit omnes eas esse: nam esse ad nomen, hoc in loco, est esse non ad intellectū: nam, si omnes erūt, quędã aliæ, quæ neq; ad nomē, neq; ad intellectum: illi vero dicunt oēs, & diuidunt vel ad nomen, vel ad intellectum esse oēs, alias aūt non. Attamen quicūq;
B sunt syllogismi propter id, quod multipliciter: horū aliqui sunt fm nomen: nam absurde dicat fm nomen esse oēs, qui sunt pp dictionē: sed sunt quædã captiones, nō in eo q respōdēs ad eas se habeat aliquo modo, sed quia talem interrogationē oratio ipsa habeat, q̃ plura significet. Et oīno inconueniens est de redargutione differere, & nō prius de syllō: nã redargutio syllogismus est, quare oportet & de syllogismo pri⁹, q̃ de falsa redargutio-
C ne: nam talis redargutio, apparens sylls contradictionis. Quare aut in syllogismo erit cã, aut in contradictione (nam adiungere oportet contradictionē) quãdoq; autem in vtroq; erit apparens redargutio: est autē de eo, quod est silentia dicere, in cōtradictione non in syllogismo. De eo autem, quod est, quod nō habet aliquis, dare, ī vtrisq;: de eo vero, quod ē, q Homeri poema est figura, per circulum, in syllō: quæ autem in neutro est, verus D est syllogismus. Verum vnde sermo prouenit reuertamur: vtrū quæ ī disciplinis sunt orationes ad intellectum sint, an non? & si cui videt plura significare triangulus, & dedit non vt eam figurã de qua cōcludebat, qm̃ duo recti, vtrum ad intellectū illius disputauit hic, an nō? amplius, si plura quidē significat nomen, ille autem nō intelligit, neq; putat, quomodo is non ad intellectum disputat? aut quomodo oportet interrogare eum, q non E dat diuisionem? siue interroget aliqs si est silentia dicere, an nō? an est quidã vt nō, an est vt sic? si autē dat aliquis nullo modo, ille autem disputat, vtrum non ad intellectum disputat, quamuis oratio videatur earum esse, quæ ad nomen sunt? Non igitur est gen⁹ aliquod orationum ad intellectum, sed illę quidem ad nomen sunt: & huiusmodi, non omnes, nō q redargutiones, sed neq; apparentes redargutiones: nam sunt & nō propter dictio- F nem apparentes redargutiones, vt quæ propter accidens, & reliquæ. Si autem postulet diuidendum, q dico quidem silentia dicere: hæc autem sic, illa vero nō sic, id profecto primum, absurdum postulare: nam qñq; nō videtur interrogatū multipliciter se habere, atqui impossibile est diuidere, qui non putat. Deinde docere, quid aliud erit? manifestum enim faciet quonã pacto se habet

G habet ei, q̀ neq; cōſiderat, neq; ſcit, neq; opinatur q̄ aliter dicitur, quia & in nō duplicib⁹ qd prohibet hoc facere: vt putas ęquales ſunt vnitates binarijs, in quaternarijs: ſunt aūt hi binarij qdem inexiſtentes, illi aūt non ſic: & putas contrariorū vna eſt diſciplina, an non: ſunt aūt contraria hæc quidē nota, illa autē ignota: quare videtur ignorare, qui hoc poſtulat, q̄ aliud eſt docere q̄ diſputare: & q̄ oportet quidem docentem non interro-
H gare, ſed eum manifeſta facere, illum autem interrogare.

Sermo de Elenchis, quorum aliqui ſunt in dictione, & alij extra dictionem. Cap. 9.

MAnifeſtum aūt eſt, q̄ ſermo diuidit in duas partes, quia aliquid eius eſt, quod ſignificat ſm ſignum loquentis, & illa eſt ſignificatio, quæ appropriat loquentē, & aliquid eius ē, quod ſignificat ſm modum nominis, & illa ē ſignificatio, quæ appropriat audiētem: fallacia aūt eſt proueniēs pp ſignificationē ipſius auditi, non pp ſignificationē ſigni, ſicut quidam hoīes putauerūt hoc, per quod inſinuatur Plato. Ipſe enim errauit, qa putauit, q̄ dictio diuidat in iſtas duas partes, inquantum ipſa eſt dictio, adeo q̄ eius ē aliquid, quod ſignificat, ſicut ſignū loquētis, & ei⁹ eſt aliquid, quod ſignificat, ſicut nomē ęquiuocum apud audientē, quia in vna eadē dictione aliqñ reperitur, q̄ eius ſignificatio ſit ſm ſignū loquētis apud audiētē, & aliqñ ſit eius ſignificatio ſm auditum noīs, non ſm ſignū loquentis.

Quādo aūt quiſpiam interrogaret K
reſpondentē de aliqua propoſitione ſm nomē ęquiuocum, intelligeret hic reſpondens vnā intentionē ex ītentionibus, quibus ſignificaret, offendet aūt eum interrogās pro alia intentione præter iſtam intentionē & decipiet eum. Eius itaq; ſignificatio ſm auditum apud interrogātē, erit aliud ab eius ſignificatione ſm ſignū reſpōdentis & ei⁹ æſtimationem, qñ vero neq; reſpondens neq; interrogans intenderit de noīe vnū ſignificatum, illius ſignificatio cum ſigno loquentis eſt eius ſignificatio apud audientē, ſiue nomē æquiuo- L
cum ſignificet plura, ſiue vnum, qñ vero neq; interrogans, neq; reſpondens intelligeret ex eo, niſi vnum ſignificatū, eius ſignificatio ſm ſignificatū quod eſt in aīa erit eius ſignificatio ſm auditum. Iam aūt accidit nomini q̄ dicat de pluribus rebus, & ſint duę ſignificationes eius vna, hoc eſt, ei⁹ ſignificatio ex parte qua auditur, & ei⁹ ſignificatio ex patre qua proferunt p ipſum intentionē, quę eſt in anima, & hoc, qñ interrogans & reſpondens ex iſta dictione intelligunt oēs intētiones, quib⁹ dicitur hoc nomē, ſicut interrogabat M
Zeno, putās q̄ ens ſit vnum ſm qđ ē plura apud ipſum ſm ſenſum. Interrogās autē intelligit ex dictione entis, id quod intelligit Zeno, & ex intentione vnius id, quod intelligit Zeno, & reſpondet, q̄ ens ſit vnum, quia ſignificatio auditi eſt eadē ſignificationi eius, quod eſt in ſigno ſignificationis loquētis. Propterea, ſi diuideremus dictiones, dicerem⁹, q̄ quędam earum ſit ſm nomen, & quędam ſm ſignum, quod eſt ſignificatum, ſicut decernit diuiſio eſſentialis

A tialis rei, adeo ꝙ nõ sit aliqd vlteri⁹.
Sicq; iã diuisim⁹ rationẽ ex dictiõe
audita, quia rõ dictiõis sit ẜm qđ est
in aĩa: qñ aũt ablata fuerit ei⁹ signi
ficatio, ꝗ̃ est ei ẜm signũ, tunc nõ de
noĩat dictio, ꝙ sit deceptiua, neque,
ꝙ sit nõ deceptiua: qa ambæ istæ
denominationes ꝯsequent ex parte
qua significãt id, qđ est in aĩa: sicq;
nr̃a diuisio in id, qđ est in signo & ĩ
id, qđ est ẜm auditũ, siľis ẽ diuisioni
ex diuisionib⁹ in id, qđ est sign̄ans,
& in id, qđ est auditũ, nõ sign̄ans so
lũ. Dictio aũt ex pte, qua audit nõ
hẽt ingressum in sophisticã, neq; in
B priuationẽ sophisticę, sicq; seqt fal
sum ex diuisione dictionũ ista diui-
sione, & sequit ꝙ fallacia ex pte au-
diti ad eã, ꝗ̃ est ex pte interrogatiõis
differãt: sicq; fallacia ẜm se totã di-
uidit in res ex pte noĩs æquiuoci so
lũ, aut ex pte dictionũ auditarũ, si-
ue dictio fuerit nomẽ æquiuocum,
aut aliud ab eo, qm̃ spẽs fallaciarũ
dictionũ sunt multę. Et hoc, qa isti
visi sunt sibi, ꝙ fallacia in syllo sit
ꝓpter ęquiuocationẽ in ꝯpositiõe,
& sit in rebus separatis, ꝗ̃ sunt ptes
sylli. Et pp ęquiuocationẽ noĩs sim
plicis visum est sibi, ꝙ fallacia ęqui
C uocationis sit pp dictionẽ auditã, &
ideo q intenderit fallaciã, & posue-
rit eam pp ęquiuocationẽ nominis
auditi, sicut fecerat Plato, est in vlti-
mo erroris, quia apparet ꝙ sint hic
multa deceptiua absq; noĩe ęquoco
simplici, & ex ipsismet reb⁹ ĩ se absq;
ꝙ sit ibi fallacia propter dictionem.

Qđ oporteat ꝑnosse syllm, & cõtradictoriũ prius quã addiscatur elenchus.

Plato aũt male fecit in disciplina,
qñ visus est ꝙ docere elēchos, & fal-
lacias ꝓcedat, quid sit sylls verus, &
quid sit cõtradictorium verum, qm̃
elenchus deceptiuus est sylls, de quo
putatur, ꝙ sit sylls & nõ est sylls, aut
est cõtradictorium, quod putatur, D
ꝙ sit contradictorium, & nõ est con
tradictorium. Deceptorij autẽ sunt
pp errorem sylli, aut pp errorem cõ-
tradictorij, aut propter ambas res si
mul: sic qñ nesciret aliquis, quid sit
sylls verus, & contradictoriũ verum,
impoſſe est ꝙ cõstet ei fallacia taliũ
locorũ, licet fuerit fallacia cadens in
eis pp dictiones tm̃, sicut dicunt hic
de exemplo fallaciæ cadentis pp di-
ctionem in cõtradictorio sermonis
dicentis, tacens loquitur, loquẽs au
tem non tacet, tacẽs itaq; nõ tacet.
Illæ itaq; duæ non sunt cõtradicto
riæ, quia tacens in actu nõ erit tacẽs
in futurum. Exẽplum aũt fallaciæ E
pp dictionem ẜm formam sylli est
sermo dicentis, ꝙ poema metricum
sit figura ẜm hanc dispõnem, quia
ambę præmissę acceptę in hoc syllo
sunt verę, sed nõ cõueniunt in vno
termino nisi ẜm dictionem tãtum.
Illi aũt, qui nesciret ꝙ in syllo con-
ueniant ambæ præmissæ in vno ter
mino ẜm rem non ẜm dictionẽ, nõ
constaret modus fallaciæ pp dictio-
nem huius sermonis. Exemplũ aũt
illius, in quẽ cadit fallacia ambob⁹
modis simul, hoc est, ẜm cõtradicto
rium & ẜm syllm, est sermo dicẽtis, F
homo dat rem datam, res autẽ data
est, quam nõ habet homo, sicq; hõ
dat rem, quam non habet: & anne-
ctit huic, ꝙ vitiosum sit dare quod
non habet, & ex hoc infertur ꝙ hõ
det quod vitiosum sit dare. Ille aũt,
qui receperit hunc syllm, iam falle-
retur pp dictiones duob⁹ locis; quo
rum vnus est, ꝙ acceperit id qđ non
verificatur de datione, ꝙ sit contra-
dictorium eius, quod verificatur de
datione: secundus aũt est, ꝙ ipse pu
tauerit ꝙ non habẽs acceptum prę-

G dicatum ĩ p̃missa minori sit idẽ nõ habẽs subiectũ ĩ maiori: res aũt nõ est ita, qa id, quod dederit aliqs hõ, habuit illud, anteq̃ dederit ipsũ, & nõ hẽt ipsum, postq̃ dederit ipsum. Sic ergo, qui non cognoscit syll'm, neq; cõtradictoriũ, non recipit vtilitatẽ notitię æquiuocationis nõis. Sic ergo oportet eum, qui scrutat' scire hãc artẽ, aut addiscere eã, φ sciat quid sit syll's, & quid sit contradictorium, siue accidat fallacia pp dictionem, sicut visus ẽ Plato, aut pp ambas res simul, sicut declaratũ ẽ pri⁹.

H Oportet aũt eum, qui dixit, φ fallacia accidat pp nomen auditũ, nõ pp intellectũ, vt φ fallacia Geometriæ, qñ fallerent φ triangulus ęquilaterus non sit triangulus, sit pp nomen æquiuocum auditum, non pp intellectum. Manifestum aũt est, φ fallacia accidit s̃m rem, ĩ cui⁹ signo est intellectum, & si acciperemus, φ triangulus sit nomen æquiuocũ, qa nõ est moris doctoris dictio audita. Pręterea, si nomen significaret plura, rñdens aũt nõ intelligeret significationẽ huius nõis, neq; quot intentiones significat, ipse qñ rñderet, nõ responderet, φ sit intellectus alicui⁹ rei, sed reciperet dictionẽ, quã non

De dña inter iterrogãtẽ & discipulũ, & iter respondẽtẽ & doctorem.

I sciret. qd significat: & impos'e est ẽt huic respõdẽti, φ diuidat intentiones, quas significat hæc dictio, & intelligat interrogãs, q̃ sit intentio istarum intẽtionũ, quã intenderat. exẽpli gr̃a, quia, qñ aliquis interrogat tacentẽ, tacẽs loquit': hoc aũt erit verum de tacente in futuro, fallit autẽ de eo tpe sui silentij, quia si nõ intelligeret respõdẽs istas duas res, & responderet, φ esset loquẽs simpl'r, deciperet'. Si aũt responderet φ nõ loqueret', ista fallacia nõ esset ex eo, φ id, quod ẽ in signo loquẽtis de hoc, differat ab intellectu audiẽtis, quia audiens non intelligit ex eo rem cõpletã. Dictiones ergo sunt duorũ generũ, genus quidẽ significãs sicut ẽ in mente interrogãtis, & est, de quo fit veritas pp ipsum, & genus significans s̃m intell'm audiẽtis, & ex illo fit fallacia semp. Nec ẽt oẽs deceptiui sunt pp dictiones, qm̃ iã declaratum est, φ hic sint deceptiui ex ipsis rebus, sicut est fallacia eius, quod est s̃m accñs, & cętera loca, quę narrauim⁹. Neq; vsus diuisionis p̃seruat rñdentem ab errore cũ interrogãte

L in oĩb⁹ locis deceptiuis, sicut opinabat' Plato in oĩbus istis rebus, qa, si aliquis hõ reciperet, φ rñdẽtis sit diuidere res, quas significat nomẽ ęquocum, intelligeret interrogans ex reb⁹, quas intẽderat ex illis, adeo φ nõ erraret noĩe ęquiuoco: sicq; qd dicet' de loco, quẽ non putauerat respondẽs, φ sit dictio ęquiuoca: neq; intelligeretur ex eo aliqua significatio, qa si faceret eũ intelligere qd significat dictio, rediret discipulus nõ rñdens: sicq; ẽt si diuideret ei interrogãs illas res, redderet' doctor nõ ĩterrogãs, ac ẽt si permitteret' respondẽti in tali loco, hoc ẽ, in loco quo

M nõ intelligit significationẽ noĩs ęquoci, φ dicat interrogãti, φ ipse nõ intellexerit significationẽ noĩs ęquiuoci, donec ostẽderit ei ipse interrogans, quo mõ sit impos'e φ interroget eũ de mõ fallacię, quã fecit ipse interrogãs, ex pauca cõprehẽsione rñdentis conditionum syll'i, sicut si qs interrogaret an vnitates, q̃ sunt in nũero binario, differãt ab vnitatib⁹, q̃ sũt ĩ quaternario: si aũt diceret' φ differãt, diceret, quaternarij itaq; differũt à seipsis, qa ɔponũt' ex vnitatibus,

A tibus, q̃ sunt ĩ binario: si aũt diceret ꝙ nõ differat, diceret, quaternarius itaq; cõuẽit binario, et ẽ ei ęqualis. Causa.n.fallaciæ huius ẽ ignorãtia ꝙ ꝑmissas, ex quib⁹ componit̃ sylls, oporteat ꝙ cõicent in vno termino ẜm rem, non ẜm dictionem: hoc ãt nõ constabit ꝑ notitiam ẜm semitã diuisionis: si aũt ꝑmissum fuerit ei, ꝙ intelligat illud ex noĩe ęquiuoco ẜm locũ, quo ignorat qd significet, posse esset ꝙ faciat ipsum intelligere interrogator locum, quo errauit, & ꝑmissa est ei fallacia, qa ipse nescit
B conditiones sylli: & ideo putatur de ĩterrogatore, ꝙ oporteat, ꝙ ipse nõ sit docens, & de respondẽte putatur, ꝙ iam oporteat ꝙ ipse nõ sit discipulus, quia interrogator perscrutat̃ id, quod sciet, docens aũt iam sciuit. Et vl̃r connexio sermonis falsi vl̃is non est demonstratoris, sed solutio connexionis tentatiui, sed ars tentatiua vl̃is est pars artis Topicę: hæc aũt ars, quatenus est ars nõ euidẽs, nõ est r̃ndentis ad ipsam, ꝙ interroget quid intendat, neq; interrogãtis ꝙ sciat. Sic ergo illa diuisio, non iuuat solutionem sermonum decepti
C uorum, nisi apud doctores & discipulos solum, & si iuuare nõ esset in omni subiecto, quia subiecta fallaciæ sunt multa.

De interrogatione tentatiuæ: & quid inter Contentiosum, sophisticumq; intersit. Cap. 10.

AMplius affirmare, vel negare, qui postulat, id non monstrãtis est, sed experimentũ sumẽtis: nã tẽtatiua, dialectica quędã est, quapropter de oĩbus inspicit, & explorat non sciẽtẽ, ʒ ignorãtẽ, atq; simulãtẽ. Qui igit̃ ẜm rem cõsiderat cõia, D dialecticus est: q̃ ãt id apparẽter facit, sophisticus. Et sylls cõtentiosus, & sophisticus, vnus qdẽ est apparẽs sylls, circa ea de qb⁹ dialectica tentatiua est, quãuis vera sit conclusio: nã eius, quod est ꝑꝑ quid, hallucinatorius est: & quęcunq;, cũ non sint, ẜm cuiusq; disciplinã captiosæ ratiocinationes videntur esse ẜm artẽ. Nã pseudographiæ nõ cõtentiosæ (ẜm enim ea, q̃ sub arte sunt, captiosæ sunt rõcinationes) neq; si aliqua ẽ pseudographia circa E verũ, vt Hippocratis quadratura quæ ꝑ lunulas, sed vt Brysso quadrauit circulum: & tametsi quadraret̃ circulus, quia tñ non ẜm rẽ, ideo sophisticus, quare & qui de his qdẽ apparẽs sylls, cõtentiosa est orõ, nã apparens est ẜm rem, quare fallax & iniusta. Quẽadmodum.n.ea (quę in certamine est) iniuria, quandã speciem hẽt, et est quędã iniusta pugna: sic in cõtradictione, iniusta F pugna cõtentiosa est: nã & illic qui oĩno vincere volunt, oĩa tentant: & hic qui contentiosi sunt.

Idẽ 1, Poste. t. c. 67

Qui igit̃ victorię ipsius gr̃a, tales sunt, cõtentiosi hoĩes, & litiũ amatores vident̃ esse: qui autẽ gloriæ gr̃a, q̃ in diuitijs ẽ, sophistici sunt: nã sophistice est (vt dixim⁹) pecuniarũ quędã aucupatiua ab apparẽte sapiẽtia: quapropter demr̃onem apparẽtem appetunt. Et in eisdem orationibus quidẽ sunt litiũ amatores & sophistæ, sed non ꝑꝑ eadem: &

G & oratio quidē eadē erit sophistica & contentiosa, sed non ꝓ idē: sed quatenꝰ quidē est ob victoriā apparētē, cōtentiosa: quatenꝰ vero est ob sapientiā, sophistica: nā sophistice est quędā apparēs sapiētia, nō aūt existens.

Contentiosa vero est quodam modo sic se habēs ad dialecticā, vt pseudographa ad geometricam: nā ex eisdē cōtētiosa, differendi mō, captiose decipit, vt et pseudographa, geometrice: sed hæc quidē non contētiosa, quia
H ex principijs & conclōnibus, q̄ sunt sub arte pseudographiā facit: q̄ aūt ex ijs est, q̄ sunt sub dialectica, circa alia quidē cōtentiosam esse, manifestum est: vt quadratura q̄dē quę ꝑ lunulas, non cōtentiosa: Brysſonis aūt cōtentiosa, & illā quidē nō est trāsferre nisi ad geometriā solum, eo ꝙ ex ꝓprijs fit principijs: hāc aūt ad plures quicūq; nesciūt quid est poſſe in vnoquoq;, & q̄d impoſſe: nā accōmodabitur, aut vt Antiphō quadrauit. vel si q̄s nō
I dicat melius eē post cœnā deambulare per Zenonis rōnem, non medicinalis: cōis enim est. Si ergo oīno similiter se habeat contentiosa ad dialecticam, vt pseudographa ad geometriam, non ex illis vtiq; erit contentiosa.

Sermo de modis interrogandi interrogantis, & respondendi respondentis. *Cap.* 10.

QVidam autē syllꝰus elenchus est deceptorius, & litigiosus, & quiam est falsigraphus, litigiosus aūt est sylls, qui putatur ꝙ sit syllꝰus topicus, absq; ꝙ sit ita ſm veritatem, est ille, quo assimilat̃ habens ipsum arti Topicę, & quęrit ꝑ ipsum finē habētis topicā, quę est victoria. Falsigraphus aūt sylls est, quo assimilat̃ habēs ipsum demr̃atori, et putat̃ ꝙ sit sapiens, absq; ꝙ ita sit. Huius aūt sylli sunt quædā spēs, quia quidam eorū est ex rebꝰ falsis proprijs singulis generibus, & ē ille, cuius solutio est habentis illam artē, sicut fecerat quidā ex antiquioribus geometris, qui dr̃ Hippocrates, ex quo fecerat quadratum æquale figurę lunari, & K
L putauit ꝙ iā fecisset quadratū ęquale circulo: putauerat enim ꝙ circulus diuideret̃ ī figuras lunares, adeo ꝙ consumeret̃. Ista itaq; fallacia est ꝓpria arti Geometriæ, & eius solo est Geometrarū: quia q̄n factū fuisset quadratū in circulo, deinde diuideret̃ ille arcus cōtinens duas lineas ſm duo media, & illæ protraherent̃ & fieret hoc continuo, donec iā desineret hoc opus, ita vt cōtinuarēt latera figuræ rectilineæ, q̄ sunt intra circulū ad peryferiā circuli, iā inueniret̃ figura duarū linearū æqualis circulo: hic aūt est interitus principiorū, quibus vtit̃ Geometra, quæ
M sunt, ꝙ diuisio ꝓcedat ī infinitū, & ꝙ non continuet̃ linea recta lineæ circulari. Iste itaq; sylls est falsigraphus, ex eo ꝙ assimilat̃ demr̃atiuo, & est litigiosus ex parte qua eius ꝑmissę sunt falsę vles: & ideo est artis Topicę solutio talium syllo᷑. Sicq; secundum hoc sylls litigiosus est syllogismꝰ falsus, cuius habitudo ad artem Topicę est, sicut habitudo sylli qui supponit descriptiones, & figuras falsas in arte Geometriæ, sed differentia inter eos est, q̄a nō est artis

A Topicæ subiectũ terminatũ vl̃e, sicut est id, de quo est Prima Philosophia, neq; propriũ sicut sunt de eo artes Demõstratiuę particulares: iã aũt putatur, ꝙ sit spẽs syll̃i veri, sed ex quo fit in artibus demõstratiuis, ac si esset proprius istius generis, attribuit̃ arti Sophisticę, & hoc, quia nõ est conditionis demr̃o nũ, ꝙ præmissæ sint veræ solũ, sed ꝙ sint proportionatę, & illę sunt proprię isti⁹ gñis: & hoc, sicut illę quibus Brysso quadrauit circulũ, quia ex quo fecerat figurã rectarum linearum ambientẽ circulum, & minorẽ omni figura rectarũ linearũ ambientiũ circulum, dixit ꝙ ista figura ẽ æqualis
B circulo: qa qñ fuerint duę res, quæ ambæ sunt minores vna eadẽ re, & maiores vna eadẽ re, illæ sunt æquales, putat̃ enim ꝙ iste sit demonstratiuus, & nõ est demonstratiuus, sed euidẽs ẽ, ꝙ sit deceptorius: sic ergo nõ continet scĩa aliqua spẽs syll̃orũ falsigraphorũ, nisi constiterit nobis syll̃s topicus verus, & syll̃us demonstratiuus verus, & ille est, cuius præmissę cũ hoc ꝙ sunt veræ, sunt proportionatæ. Ars aũt demõstratiua, ex quo est sufficiens ad constantiã
C vnius duorũ contradictoriorũ, qđ est verũ, & ad destructionẽ alterius contradictorij, qđ est falsum, nõ ponit eius p̃missas ex parte interrogationis, quia respõdens iã recipit qđ non est verũ. Ars ãt Topicę, ex quo visa est constituere vtrunq; duorũ cõtradictoriorũ, & destruere illud, eius p̃missę accipiuntur ſm interrogationẽ: & non est eius intentio declarare aliquã rerum, nisi qñ vtetur ad declarationem primorum principiorum, illi qui negaret ea, sicut declaratum est in arte Topicæ.

Orationes dialecticorum, tentatiuorumq; non esse ad determinatum genus. Cap. 11. D

NVnc aũt non est dialecticus circa genus aliquod determinatũ: neq; demõstratiu⁹ vllius, neq; talis qualis vl̃is: nã neq; oĩa sunt in vno aliquo genere: neq; si sint, poẽ est sub eisdẽ principijs eẽ, ea q̃ sũt.

Quare & nulla ars earũ, q̃ aliquã naturam monstrant, interrogatiua est: nã nõ poẽ est vtrãuis partiũ dare. syll̃s enim nõ fit ex vtrisq;: dialectica aũt interro E gatiua est (si aũt mõstraret, quid illud, nisi et omnia?) verũtamen prima, pecularia'q; principia nõ interrogat: nã si nõ daret, nõ iã haberet ex quib⁹ ampli⁹ disputaret ad instantiã. Talis autẽ est tentatiua: nam tentatiua non talis est, qualis est geometria, sed qualẽ vtiq; haberet nõ sciens aliquis: fieri enim põt vt periculũ sumat, & is qui nescit rem, de eo qui nescit: siquidẽ & dat non ex quibus scit, ne'q; ex proprijs, sed F ex cõsequentibus: quæ oĩa talia sunt quę scientẽ quidẽ nihil prohibet nescire artẽ, nescientẽ aũt necesse est ignorare: quare manifestũ, qm̃ nulli⁹ determinati tentatiua disciplina est, eo ꝙ de omnibus est: nam oẽs artes vtuntur quibusdã cõib⁹. Ideoq; oẽs illiterati quodã modo vtuntur dialectica, & tentatiua. Nã omnes vsq; ad aliquid conantur dijudicare eos, qui pronunciant: hæc aũt sunt cõia: nam illa nihil minus

 nus

G nus sciunt ipsi, quãuis videant longe extra dicere. Redarguunt igitur oẽs: nam sine arte quidẽ eo participãt, cui⁹ artificialiter ẽ dialectica: & arte syllogistica, tẽtatiuus dialecticus. Qm̃ autẽ sunt multa quidẽ hęc, & de omnibus, non talia autẽ vt natura quædã sint, & gen⁹, sed vt negationes, alia aũt nõ talia, sed propria sunt: ex illis de oĩb⁹ experimentum possibile est sumere, & artẽ esse quandã, & nõ talẽ esse quales q̃ demonstrant, eo ꝙ contentiosus non est oĩno sic se ha-

H bens, vt pseudographus: nã non erit captiosus ex determinati cuiuspiã generis princip ꝭs, sed cir-

Epilogus. ca oẽ gen⁹ erit is, q cõtẽtiosus. Loci igiť sophisticarũ redargutionũ hi sunt, & ꝙ dialectici est cõsiderare de his, & re seas posse facere, nõ difficile videre: nã q̃ circa ꝓpõnes ẽ disciplina, oẽm habet hãc speculationem. & de redargutionibus quidem apparentibus dictum est.

I *Sermo de generibus syllogismorum, quibus vtitur ars tentatiua Topica. Cap. II.*

ARs aũt tentatiua topica vtitur ex generibus syllogismorum elenchorũ genere, qđ est ex pręmissis vl̃ibus falsis, quæ nõ sunt ꝓpriæ alicui generũ, ex quo nõ ẽ eis subiectũ propriũ, quia illa est pars artis Topicę: & non est ars tentatiua Topica, neque in summa artis Topicę apud eũ, qui gloriatur de arte Geometrię, & cęteris artibus demõstratiuis, quia in arte tẽtatiua topica, & ipsamet topica, ex quo ñ ẽ eis sub̲m ꝓpriũ, & suæ pręmissę fuerũt famo- K sæ cõis notitiæ oĩbus, possibile est ꝙ conueniat vulgus, & ille, qui non habet tentatiuã artis topicę, cũ illo qui habet notitiã istius artis diuersimode ab arte Geometriæ: hoc ẽ, quia non inuenitur vnus qui cõueniat Geometrę in ei⁹ arte, sed si conueniãt homines huius artis, est pauca cõuenientia. Ex quo aũt ars tentatiua topica facit elenchum vl̃em falsigraphũ ex parte, qua nõ habet subiectum terminatum, & hęc ars, hoc est sophistica, est huius dispositionis, quia nõ habet genus ꝓpriũ, manifestũ est, ꝙ notitia elenchorũ L falsigraphorum conuenit cum arte Topicę, & arte litigiosa. Et declaratum est ex hoc, ꝙ elẽchus, qui est virorum huius artis, nõ est qui redarguit & decipit fallacia ꝓpria in singulis generibus generũ scientiarũ demonstratiuarũ, sicut præmissum est. Propterea ꝙ artẽ Topicã oporteat cognoscere species elenchorũ falsigraphorum vl̃ium ad cauendũ eos, sicut oportet singulos habentes artes singulas artiũ propriarum, ꝙ cognoscant species falsigraphorũ, qui sunt in illa arte, & in toto hoc oportet, ꝙ conueniant istæ duæ ar- M tes, hoc ẽ Topica & Sophistica. Sed quot modis & locis fiat elẽchus falsigraphus, iam declaratum est: sed ex quo intentio istius artis non est elenchus falsigraphus solum, sed reliquæ intentiones, quæ dictæ sunt, quarum intentionum vna, quæ est secunda ad intentionẽ, quæ est elenchus, est inductio loquentis ad falsum, aut eius inductio in dubium, & ambiguum, iam conuenit quod loquamur de rebus, quibus operať hæc ars hoc opus.

Loci

A *Loci sophistici interrogantium ad falsum, aut inopinabile.* Cap. 12.

1. Locus. De aliquo est falsum quippiam ostēdere, & orone ad inopinabile ducere. Hoc aūt fuit fm propositum sophisticæ intētionis, primū quidem ex eo ꝙ interrogat quodā modo, & ꝑ interrogationē accidit maxime: nā id, ad nullū d̄terminatū interrogare propositū, venatiuum ē illorū: temere nāq; dicētes peccāt magis: temere autē dicūt, qn̄ nihil hn̄t ꝓpositū.
2. Locus. B Et id, interrogare multa (quāuis id determinatū sit ad quod disputāt) & id, ea q̄ vident̄, dicere se postulare, facit quādā idoneitatē, vt ad īopinabile ducat, aut falsum.
3. Locus. Et si interrogatus affirmet, aut neget illorū aliquid, ducere ad ea ad q̄ prōptus ē argumētari: pōt tn̄ nūc min⁹ nocere ꝑ hęc q̄ prius, nā repetūt aliquid ad id qd̄ in principio.
4. Locus. Elemētū autē deueniēdi ad falsum aliqd̄, aut inopinabile, nullā statim interrogare positionē, sed af C firmare ob id se interrogare, ꝙ discere velit: nā locū argumētationis, consideratio facit.
Igitur in huiuscemodi sciẽtijs co- 101
gnitio, ꝙ res sit, erit per scientiã propinquiorem rei sensibili & rei particulari: sed cognitio pp quid res est, ꝑ scientiam, cuius subiectum abstrahitur à materia, aut propinquũ abstractioni: & hæc est scientia Mathematica, qm̃ Mathematici hñt apud se causas de exñtia rerum istarum, quas esse monstratur per scientiam propinquiorem materiei Et propterea plerunq; accidit Mathematicis,

ꝙ

G ꝙ non cogitent, ꝙ res ſit, ſed cogitãt de cauſa ipſius tãtum. ipſi.n. inquirunt de rebus, ſm ꝙ ſunt ſeparatæ à materia: ſed exiſtentia rei eſt cum materia. & propterea inueniuntur multi in ſcientia Harmonicorum, qui non cogitant de multis cãtibus, qui ſunt in muſica artificiali.

102 Iamq; inueniũtur multa, de quibus conſiderat Naturalis, quorũ diſpoſitio eſt ex ſcientia Perſpectiuæ: quemadmodum diſpoſitio eius, qđ eſt in ſcientia Perſpectiuæ cũ ſciẽtia Geometriæ, hoc eſt, ꝙ ſcientia Naturalis tradit in ipſa exiſtentiã, & ſcientia

H Perſpectiuæ cãm ipſius. quemadmodum ſe habet res in arcu, qui eſt in nube. Naturalis.n. tradit ipſius exiſtentiam, & ſcientia Perſpectiuæ cãm ipſius. Atqui inuenies ſcientiã, cuius diſpoſitio ex alia ſcientia eſt hæc diſpoſitio, & tñ nõ ponitur ſub ipſa. quemadmodum ſe habet ſciẽtia Medicinæ cum ſcientia Geometriæ, ꝙ vulnus circulare difficile ſanatur. Medicus.n. tradit exiſtẽtiam ipſius, & Geometra cãm eiuſdem.

103 Dixit: Prima aũt inter figuras, & quæ verè eſt figura demõſtrationis, ea eſt figura prima. Mathematicæ nanq; ſcientiæ hanc figurã faciunt,

I & fieri vtiq; poteſt, vt omnes ſcientiæ, quę tradunt cauſas rei, quemadmodum diximus, componant demõſtrationes ſuas in hac figura. cognitio nanque per cauſam rei eſt cognitio verificata, quæ eſt per viã affirmationis. hęc autem componitur in prima figura. Amplius, quoniã definitiones non concluduntur niſi in hac figura, ꝓpterea ꝙ definitiones affirmantur de definito, ſed figura ſecunda non concludit affirmatiuam: figura autem tertia, licet concludat affirmatiuam, non concludit vniuerſalem, ſed definitiones, ac K

concluſiones demõſtratiuæ in ſumma ſunt vniuerſales. Præterea figura prima nõ indiget ad hoc, vt ſit, aliarum figurarum, eò ꝙ monſtrat propoſitiones ſuas ꝑ propoſitiones immediatas, cum fuerint propoſitiones ſuæ mediatæ. duæ vero aliæ figuræ indigent ipſius hac in re. Atqui hoc ita eſt, quoniam in omni figura eſt propoſitio affirmatiua & propoſitio vniuerſalis. cumque fuerint ambæ propoſitiones iſtę in figura, quę indiget mediorũ, opus erit, vt monſtretur per propoſitiones im- L

mediatas in alia figura, ſed affirmatiua non poteſt concludi in ſecũda figura. vniuerſalis autem nõ poteſt concludi in tertia: cumq; vniuerſalis fuerit affirmatiua & mediata, oportebit monſtrari per medium in prima figura ex neceſſitate, ſiue fuerit pars ſyllogiſmi in ſecunda figura, ſiue tertia. quod cum ita ſit, planum per omnes iſtos modos, ꝙ magis conuenit primam figurã eſſe figuram demõſtrationis ſimpliciter, quàm reliquas figuras, hoc eſt eius, quæ facit acquirere exiſtentiam & cauſam rei ſimul: aut cauſam, cùm M

huius exiſtentia nota fuerit.

Quemadmodum vero inueniuntur ꝓpoſitiones affirmatiuę primę, 104

hoc eſt, in quibus prædicata inſunt ſubiectis abſq; medijs, quemadmodum prædicatio rationalis de homine, ſimiliter iam inueniuntur negationes primæ, hoc eſt, in quibus p̄dicata negantur à ſubiectis negatione prima ſine medio, quemadmodum negatur humanitas ab aſino.

Atqui negabitur prædicatum ẽt 105

à ſubiecto negatione non prima:

cum

A cum acciderit, ꝙ prædicatū aut sub-
iectum ponatur sub natura aliqua
cõi, & pars altera ab ipso negetur:
aut ꝙ ponatur vtrūq; ipsorum sub
natura cõi: præterquam ꝙ ambę na
turæ sint seiunctę. qm̃ si hoc ita fue-
rit, accidet, vt prædicatum negetur à
subiecto, aut propter negationem
istius naturæ vniuersalis ab ipso, si
fuerit subiectum sub ea positū, aut
pp negationem naturæ comprehen
sæ in ipso à prædicato, si prædicatū
positū fuerit sub ipsa, aut negatio-
nem duarum naturarū alterius ab
altera, si ambo posita fuerint sub
B duabus naturis seiunctis, hoc est ne
gationem in vniuersali vnius ab al-
tera. cumq́; negatio prædicati à sub
iecto fuerit propter negationem na-
turæ comprehensæ in ipso à subie-
cto, componetur hoc in secunda fi-
gura: cumq́; fuerit propter negatio-
nem naturæ comprehensæ in subie-
cto ab ipso, componetur hoc in pri-
ma figura & secunda. Quemadmo-
dum, si monstraremus, ꝙ ficus non
est animal per mediū planta, & com
plicaretur syllogismus in secunda
sic: ficus est planta: & animal non
est planta: concluditur ex hoc, ꝙ fi-
C cus non est animal. in prima vero
figura cõponetur syllogismus hunc
in modum: ficus est planta: & plan-
ta non est animal: & cõcluditur ex
hoc, ꝙ ficus non est animal. planū
ergo, ꝙ hęc negatio non est prima:
qm̃ negatio ficus ab animali est ꝓ-
pter negationem generis sui, quod
est planta, ab animali. Exemplum
vero in hoc ex eo, quod non conclu
ditur in prima figura, sed concludi-
tur in secunda, erit, si monstraueri-
mus conuersum huius, puta ꝙ ani-
mal non est ficus, & complicabitur
syllogismus hunc in modum: ani- D
mal non est planta: & ficus est plan-
ta: concluditur ex hoc in secūda spe-
cie secundæ figuræ, ꝙ animal nõ est
ficus. Exēplum vero negationis præ
dicati à subiecto, eo ꝙ natura com-
prehēsa in vtroq; ipsorum negatur
à suo compari. veluti, si negaremus
asinum à ficu. fieri. n. potest, vt cõclu
damus negationem vnius istorū ab
alio per media vtrarūq; naturarum
comprehēsarum in ipsis, per mediū
animal, aut per medium planta: si
per medium plāta, veluti cùm dici-
mus, ficus est planta, & planta non
est asinus, igitur ficus nõ est asinus. E
si autē monstratio huius sit per me-
dium animal, vt cum dicimus, ficus
nõ est animal, & asinus est animal,
concludetur in secunda figura, ꝙ fi-
cus nõ est asinus, cùm minor sit ne-
gatiua. Quod cū ita sit, propositio-
nes igitur, in quibus prædicata ne-
gantur à subiecto negatione prima,
eæ sunt propositiones, quæ ſm nul-
lam partium comprehendūtur sub
natura vniuersali: & non sunt am-
bæ partes ſm hanc dispositionem.

Sed, qm̃ oportet, cùm aliquid ne- 107
gatur ab aliquo, ꝙ vnumquodq; ip
sorum negetur ab eo, quod ponitur F
sub altero, quousque negatio ipsius
ab eo, quod est sub eo, ꝑ media ne-
gationis suę ab illo eodem. vt in exē
plo, si A negetur à B, oportet, vt ne-
getur ab omni eo, quod ponitur sub
B, & B negetᷣ ab omni eo, quod po-
nitur sub A. & hoc monstratur, qm̃
si ponamus sub aliqua specie natu-
ras consequentes in exñtia, hoc est,
vt vniuersalis in ipsis sequatᷣ ex par-
ticulari, & ponamus sub secūda spe-
cie naturas consequentes consimili-
ter etiam in existentia: & ponamus,
ꝙ

G ꝙ nulla est duarũ specierũ,quę insit
suo cõpari: manifestum itaq;, qm̃
quodcunq; insit vni naturarũ,quæ
sunt in specie vna,ꝙ ipsum negabit̃
ab vnaquaq; naturarum, quę sunt
sub altera spẽ. Et fortasse in hoc in-
uenient̃ ambæ istæ species seiunctæ
à se inuicẽ. vt in exẽplo, si ponamus
vnam duarũ specierum seiũctarum
aĩal: duas vero naturas consequen-
tes,motum & ambulans:& speciem
secundam plãtam, & duas naturas
consequẽtes,arborẽ & ficum: planũ
igit̃,quodcũq; disponitur per vnam
istarum naturarũ, quæ sunt in vna
H duarũ specierum seiunctarũ, ꝙ, in-
quam, non disponit̃ per aliquã na-
turarum, q̃ sunt in secunda specie.
vt in exẽplo, si disponamus ficum,
ꝙ sit arbor:planũ,ꝙ non est animal
rationale,neq; ambulans. ꝙ si non,
erit aliquod rõnale in aliqua plan-
ta & aĩali. quod cùm firmatum sit,
inuenientur iam aliqua negata ab
aliquibus per se,hoc est sine medijs:
& aliqua, quæ negantur ab aliqui-
bus propter negationẽ à quibusdã,
quæ comprehenduntur in ipsis.
109 Ignorantię vero spẽs duę, ignorã-
tia per modum negationis ac priua
I tionis,q̃ est ignorantia, cũ qua non
est existimatio rei alicuius: & igno-
rantia per modum habitus ac dispõ-
nis,q̃ est existimatio falsi. Ac igno-
rantia quidem per viã habitus acci-
dit duobus modis,quorum vnus est
p syll̃m,alter vero sine syll̃o, sed ad
similitudinẽ abstracti,hoc est,vt exi
stimetur de re existente, ꝙ est non
existens, & de non exñte, ꝙ est exi-
stens:& hoc in ijs, quæ sunt,aut nõ
sunt, vel sine medio, vel cũ medio.
sed existimatio atque error, qui est
sine syll̃o, nõ habet causas diuersas,
sed est simplex non cõpositus,quẽad K
modum & causa ipsius simplex. sed
error,qui est per syll̃m, habet causas
multas, & hoc, qm̃ error iste erit in
eo,quod non habet mediũ,& in eo,
quod habet mediũ, & in vnoquoq;
istorum per affirmationẽ & per ne-
gationem. hoc est, vt existimetur de
negato,ꝙ sit affirmatum, & de affir-
mato, quòd sit negatum.

Sed error affirmati v̄lis non erit 110
nisi in prima figura:& hoc accidet ĩ 111
negato immediato, vt videlicet exi-
stimet̃ de ipso,ꝙ sit affirmatum: aut
ꝑpea ꝙ propõnes syllogismi sunt fal
sę, aut qm̃ minor erit falsa & maior L
vera. vt in exemplo,si A negaretur à
B sine medio, & existimaret aliqs,
ꝙ A inest B per viã syllogismi, hoc
est per mediũ,quod est C hoc.n. ac-
cidet duobus modis,quorũ vnus est,
cùm sunt ambæ propõnes falsæ: &
hoc,qm̃ fieri põt,vt A & B negentur
à C negatione v̄li: & existimet ali-
quis,ꝙ A inest C, & ꝙ C inest B, &
ꝙ A ad hoc inest B, & erit, quod iã
existimauit, affirmatiuũ v̄le falsum
in negatiuo verũ immediatum ꝑꝑ
duas propõnes,quarum vtraque est
falsa:& hoc non est impossibile qm̃
quemadmodum A est negatum à B M
sine medio, non est impossibile, ꝙ
vtrunq; ipsorũ negetur à C: modus
vero secundus est, vt maior sit vera,
& minor falsa. fieri.n.põt, vt A com
prehendatur in C,& negetur à B ne-
gatione prima: hoc.n.non est impos
sibile, & si est impoſe,ipsum est, ꝙ C
comprehendatur in B, & sit A nega-
tũ à B negatione prima, tunc.n. A
non erit negatũ à B negatione pri-
ma,sed erit negatũ à B ꝑꝑ negationẽ
suam à C, quod in ipso comprehen-
ditur. sed hoc est diuersum ab eo,qđ
posi-

A positum fuit. Et propter hoc cũ fuerit negatum à B negatione immediata, fieri non poterit, vt error, qui accidit in hoc, sit, propterea ꝙ minor ꝓpositio sit vera & maior falsa, qm̃ non inuenitur aliquid comprehensum in B, ita vt B sit pars ipsius, qđ negetur ab A, & sit B negatum ab A negatione prima: ꝑ hos igitur duos modos tantum erit error affirmatiuæ vniuersalis in negatiua sine medio: & error affirmatiuæ vniuersalis erit vtiq; in prima figura, quemadmodum diximus.

112 Sed error vl'is negatiuę accidet in
B prima ac secũda figuris, qm̃ vtraque ipsarum concludit vl'em negatiuã. Enũtiemus aũt quot modis accidet error vl'is negatiuæ in affirmatiua, quæ sit immediata in prima figura, hoc est cũ quacũq; dispõne fuerint ambæ propões in vero & falso: & dicamus fieri posse, vt accidat hac in figura syl'ls, cuius ambæ propositiones sunt falsæ, & fieri etiam posse, vt vna ipsarum sit falsa & altera vera: & sit falsa aut vera vtrauis contigerit, aut minor aut maior.

113 Sed qũo accidet, vt sint falsæ simul, hoc quidẽ erit, cum contigerit,
C exẽpli gratia, vt A insit C & B immediate, & sit C negatum à B, & cũ posuerit aliquis C mediũ, & existimauerit, ꝙ A inest C, & C inest B, iã posuit ambas propões falsas, ex quib⁹ concludetur negatiua falsa, quę est, ꝙ A nõ inest alicui B. Atqui fieri potest, vt sit C de B per affirmationem, falsum. qm̃, cùm inuenitur aliquid in duobus, non oportet, ꝙ vnum ipsorum insit alteri. animal.n inest equo & asino, & tñ asinus non inest equo. exemplum de hoc ex materijs est, ꝙ dicamus, omnis homo equus: & nullus equus animal: & concludatur ex hoc negatiua falsa ex duabus propõnibus falsis, quod est: qm̃ omnis homo non est animal, & animal inest hoĩ & equo sine medio. D

Sed qũo accidet alterã propõnũ falsam esse, alteram aũt verã? hoc vtique erit, quemadmodũ, si A negetur à C, & C negetur à B, & A insit primo ipsi B, hoc.n. non est impo͛le. cũ igitur accipimus A negari à C, & C inesse B: concludemus A negari à B ex duabus propõnibus, quarum maior est vera, & minor falsa. exemplũ de hoc ex materijs est, oĩs homo lapis: & nullus lapis animal: cõcluditur, nullus homo animal. Cũ vero posuerimus propõnem maiorẽ veram, & erit minor falsa, sequitur ex necessitate, vt sit conclusio negatiua falsa, qm̃ fieri non põt, vt A nõ insit C, & ipsum insit B, quodq́; C insit B, cõsimiliter ẽt si fuerint veræ, oportet concl'onem esse veram, quemadmodum ꝓdictum fuit. Et consimiliter fieri potest, vt sit minor vera & maior falsa. & hoc, quemadmodũ, si A inesset omni B, & C omni B, & B omni C. hoc est, vt minor sit conuertibilis, & erit A ex necessitate in B. si.n. A est in omni B: & B in omni C: concludetur, ꝙ A est in omni C. præterquã ꝙ ipsum est in B sine medio, & in C per mediũ: cumq; aliqs acceperit, ꝙ A non inest C, & C inest B: concludetur ex hoc, ꝙ A nõ inest alicui B. iamq; concludetur negatiua falsa vl'is ex duabus propositionibus, quarũ minor est vera & maior falsa. iamq; monstratum fuit, ꝙ in prima figura fieri potest, vt concludatur negatiua vniuersalis falsa, cũ sit contradictoriũ ipsius affirmatiuum immediatũ: & hoc, cum fuerint 114 E F

G rint ambæ propõnes falsæ simul, siue fuerit vna ipsarum falsa, vtrauis contigerit in contrarium dispõnis, quæ est in affirmatiua falsa, ibi.n. fieri non potest, vt sit minor vera.

115 In secunda aũt figura fieri nõ potest, vt cõcludatur negatiua falsa ex duabus propõnibus, quarum vtraq; sit falsa in totũ. si.n. A, exempli gratia, fuerit in omni B immediate, nõ inuenietˀ aliquid, qđ prædicetur de omni B affirmatiue, & negetˀ ab omni A. aut è conuerso, quemadmodũ inuenitur dispõ ordinis super ipso in termino medio in scđa figura de H duabus extremitatibus, ita vt erret aliquis, cũ acceperit loco negatiui affirmatiuum, aut loco affirmatiui negatiuũ, iãq; fecerit binas enũciationes falsas in totũ in scđa figura.

116 Si vero fuerint ambæ propõnes in parte, fieri iã poterit, vt sint falsæ. & hoc, qm̃ nihil prohibet, ꝙ C remoueatur ab aliquo A, & ab aliquo B: cumq; acceptũ fuerit C inesse oĩ B, & negari ab oĩ A, & è conuerso, ambæ propõnes erunt falsæ in parte. vt in exẽplo, ꝙ sensibile insit animali primo, & imaginatiuũ insit alicui aĩali & alicui sensibili, cũq; aliquis I acceperit, ꝙ oẽ aĩal est imaginans, & ꝙ nullũ sensibile est imaginans, cõcludetur negatiua falsa, q̃ est, ꝙ nullum aĩal est sensibile ex binis propõnibus falsis in parte. Iãq; fieri põt,

117 vt sit in hac figura vna duarũ propõnum vtrauis falsa, & altera vera: qm̃ omne id, qđ inest omni A, inest omni B, ex parte qua posuimus A inesse B primò: & ponemus hoc, i. C, inesse vtriq; ipsorũ: cumq; acceptũ fuerit C inesse omni A, & inesse nulli B, propõ C A maior, erit vera, & minor falsa, & conclusio falsa, & negatiua. Et consilr accidet, cũ variatur K

locus affirmatiuæ: & hoc, ꝙ C insit 118

oĩ B, & non insit oĩ A: minor.n. erit vera & maior falsa. & consilr ẽt non ꝓpea, ꝙ ipsum nõ inest alteri ipsorũ, ideo non inest oĩ alteri: qm̃ si inesset ipsi, inesset vtiq; illi, quod positũ est negari ab ipso, quod fieri non põt & non cohæret. cumq;, exempli gratia, C nõ fuerit in B, & non fuerit in omni A, & acceperit aliquis, ꝙ C nõ insit B, & insit omni A, fieri poterit consimiliter ẽt in hunc modum, vt sit vna duarum propõnum falsa, & altera vera, quemadmodũ, si C non inesset B, negatiua enim erit vera, & L

erit minor, & affirmatiua falsa.

Et consilr ẽt accidet, si permutemus locũ negatiuæ, hoc est, si acci- 119

piamus C nõ inesse alicui A, & C in oĩ B, maior nãq; erit vera & minor falsa. & hoc, qm̃ affirmatiua semper erit falsa. Iamq; declaratum fuit ex 120

hoc, qñ fieri potest, vt cadat ac deueniat error in syllo ꝭm propõnes immediatas, cum ambę propõnes sunt falsæ simul, aut vna ipsarũ tm̃ vtrauis contigerit, aut fuerit vera & falsa ipsarũ determinata. Si vero propõ- 121

nes fuerint mediatæ, nihil ꝓhibet, quin error, q in ipsis accidit ꝑ syllm M

falsarũ propõnũ, sit aut negatiuus vlis, aut affirmatiuus vniuersalis.

Deinceps nihil consilr ẽt impedi- 122

mento est, quin sylls concludens falsum, concludat ipsum per terminũ mediũ proportionatũ veritati, aut non proportionatũ, & intelligo per ꝓportionatum veritati, terminum mediũ, per quem põt concludi verũ, quod est contrariũ conclusionis falsæ, per non proportionatũ vero, per quem non põt concludi verum, eo ꝙ positio sua ex duabus extremitatibus

tibus

A tibus sit positio, ex qua construatur figura concludens penitus. Et error quidem negatiuus erit, quemadmodum diximus, & in prima & in scd'a figura. ꝙ si fuerit in prima figura, & per mediũ proportionatũ, fieri non poterit, vt ambæ propõnes sint falsæ, sed ex ipsis maior tm̃ erit falsa, & minor vera. vt in exẽplo, si A insit B per mediũ C hoc est, cũ A fuerit in omni C, & C in oĩ B. iam. n. planũ, ꝙ per ꝑpõnem C B, quæ est minor, non põt cadere error, qui accipitur ſm contrarium, hoc est negatiuus. qm̃, si accipiat' negatiua & accipiat' B maior vera i. affirmatiua, non concludetur ex hoc aliquid in prima figura, qm̃ non concludit in ipsa, cuius minor est negatiua: & consilr, si accipiantur ambę falsę, hoc est, si accipiantur negatiuę simul, qm̃ quod est ex binis negatiuis non concludit in aliqua figurarũ: & consilr, si fuerit medius terminus ꝑpinquus ꝓportionato, hoc est propinquus, vt ex eo cõcludatur verũ, quemadmodum ex duabus affirmatiuis in scd'a figura, & hoc, cũ C, exẽpli gratia, p̃dicetur de omni A, & p̃dicetur de oĩ B, & aliquis studeat concludere ne- C gatiuã hoc in loco per figurã primã. C B nanq; propõ erit vera absq; dubio, posteaquã conditio sua est, vt sit affirmatiua: maior aũt põt accipi in cõtrarium, hoc est negatiua: iamq; declaratum fuit, ꝙ error vtiq; accidet per propõnem maiorẽ in prima figura super negatiuã, cum fuerit terminus medi⁹ proportionat⁹ veritati, aut propinquus proportionato.

124 Si vero terminus medius, q accipit' in syllo falso, fuerit nõ ꝓportionatus veritati, nihil prohibebit, qn terminus medius, q accipit' cũ hac condõne, insit maiori extremo, & ne- D getur à minori, aut neget' ab vtroq; ipsorũ: ꝙ si negetur à maiori, & insit minori, hoc non est poſſe, qm̃ cũ inuenitur prædicatũ subiectũ, hoc est toti ipsi, fieri non põt, vt inueniatur aliquid, qđ negetur à toto ipso p̃dicato, & p̃dicetur de toto subõ: & si inuenitur aliquid negatũ ab vtroq; eorũ, aut qđ negetur à subiecto, & ipsi insit p̃dicatum, erit vtiq; poſſe.

Planũ aũt, ꝙ terminus, qui est cũ 125 hac dispõne, non põt monstrari inesse alicui oĩ, cùm fuerit nõ proportionatus, cum vero maior terminus fuerit in oĩ medio, & medius neget' E ab omni minore, hoc vtiq; non erit poſſe: queadmodũ, si A inest omni C, & C inest nulli B, & A inest omni B, necesse est ambas propõnes esse falsas: qm̃ ex huiuscemodi duabus propõnibus non põt concludi cõclusio falsa negatiua, nisi cũ verterim⁹ ambas propõnes veras simul, hoc est, cùm posuerimus affirmatiuã negatiuã, & negatiuam affirmatiuam, qm̃ aliter nõ erit sylls concludens in prima figura. quemadmodũ, si accipiamus A de nullo C, & C de nullo B, & concludamus, ꝙ A de nullo B, q̃ est negatiua vlis falsa, ex binis ꝓpõnibus ambabus falsis. Cumque à F medio termino negata fuerit maior extremitas, & maior fuerit in minore, quemadmodũ si A negaretur ab omni C, propõ. n. A C negatiua erit vera, & propõ C B affirmatiua erit falsa: qm̃ ipsa accipitur affirmatiua & est negatiua. si n esset vera ex eo ꝙ accipit' affirmatiua, oporteret conclusionẽ esse negatiuã verã: sed iam posuimus ipsam affirmatiuam: & ꝑpea quod sequitur, cum fuerit terminus medius nõ proportionatus, & nega-

G & negatus ab extremitate maiore, illud est, vt sit negatus ab extremitate minore, quemadmodum diximus.

126 Cum vero extiterit error iste in secunda figura, fieri nõ poterit, vt sint ambæ propositiones falsæ in totũ: qm̃, cùm A fuerit in omni B, nõ poterit medi⁹ inueniri, qui affirmetur de vno eorum omni, & negetur ab omni altero: si enim hoc ita esset, negaretur A ab omni B, quẽadmodum diximus in præcedentibus.

127 Quòd si fuerit vna duarum propõnum falsa, vtrauis ipsarum extiterit, erit vtiq; possibile. quemadmodũ,
H si C inesset omni A, & omni B, cùm aliquis acceperit C inesse omni A, cum non insit alicui B: concludetur, ꝙ A nõ inerit alicui B, per duas propõnes, quarũ vna est falsa, & ipsa est negatiua, & secũda vera, & ipsa est affirmatiua. & consilr accidet, si sumpserit rem è cõtrario, hoc est, vt accipiatur C non inesse alicui A, & inesse omni B.
128 Quòd si falsa fuerit particularis, fieri iam poterit, vt sint falsæ simul: quemadmodum si C esset in aliquo A, & in aliquo B.

129 Iam vero declaratũ est, qũo accidet error in negatiua in figura prima ac secũda, & cum hoc ſm quam
I dispõnem veritatis & falsitatis erũt propõnes, & si error, qui accidit in affirmatiua vl'i, accidet consimiliter etiam, cùm fuerit medius proportionatus, & cùm fuerit consimiliter ẽt non proportionatus.

130 Si.n. fuerit proportionatus fieri nõ poterit, vt sint ambæ propõnes falsæ, propterea ꝙ sequitur ex necessitate, vt propositio B C, quæ cõcludit veritatem, sit affirmatiua, & propositio A C negatiua: cũ n. resoluit vna ipsarum, & seruatur, cũ fuerit syll'us cõcludens, dissipabitur vtiq; negatiua tm̃: & ad similitudinẽ huius acci- K
131 det, cùm fuerit medius terminus ꝓpinquus ꝓportionato. quemadmodum imaginati fuimus de errore, qui accidit in negatiua vl'i, cùm accidit A non inesse alicui C, & ꝙ insit omni B: si.n. non fuerit syllogismus per mediũ proportionatũ, igitur, cũ A fuerit in omni C, nõ erit in aliquo B. propositio nanq; A C erit vera, & propõ C B falsa, ipsa.n. est, quæ conuertitur affirmatiua: si vero A non sit in aliquo C, & C nõ sit in aliquo B, ambæ.n. propõnes retrocedent à negatione ad affirmationẽ, & erunt L
ambæ falsæ, & concludent affirmatiuã falsam: sin aũt A negatũ fuerit ab oĩ C, & C insit omni B, & sit me- 132
dium non proportionatum: falsa in ipso, quemadmodũ diximus, est maior, ipsa.n. ea est, q̃ cõuertitur. veluti, si aliquis accipiat, ꝙ oĩs musica est scĩa: & oĩs scientia est aĩal: & concludamus, ꝙ oĩs musica est animal. Exemplũ vero, cùm medius terminus negatur ab vtrisq; extremitatibus ex materijs, ẽ, si quispiã diceret, homo est lapis: & oĩs lapis gallus: igitur omnis lapis gallus. Iam igi- 133
tur declaratũ fuit ex hoc sermone, M
qũo accidet error in syllogismo veræ figuræ per propõnes immediatas, & per ꝓpositiones mediatas, & ſm quot modos accidet, & per quas cõditiones, & per quę propria accidet.

Dixit: Vr̃ aũt, ꝙ cui defecerit sen- 134
sus aliquis, eidẽ deficiat aliqua scientiarum: ꝓpea ꝙ omne, qđ cognoscitur, cognoscitur ex necessitate ꝑ inductionem, aut per demr̃onem & si quidẽ per demr̃onem, erit ex propositionibus vl'ibus: sin autẽ per inductionẽ, erit ex rebus particulari-

bus

A bus. & ad cognoscendas propositio-
nes vniuersales non habemus viam
nisi per inductionem. & hoc, cùm
aliquis sollicitus fuerit in monstrã-
da veritate propõnis vniuersalis, q̃
per intellectũ accipitur, quæq; ab-
soluitur à materijs, mõstrabit vtiq;
ipsius veritatẽ per inductionẽ: siue
mõstret ipsam per monstrationem
absolutam, cùm extiterit ex ijs, quæ
consueuerunt esse abstracta à mate-
rijs, quemadmodum propõnes ma-
thematicæ: siue approximauerit
ipsam materiæ alicui, cũ fuerit ex
ijs, quæ dicimus, consueuerunt esse
B in aliqua materia, cũ enim ita fue-
rit, vt deficiat ipsi sensus aliquis, nõ
habebit viam, qua inducat sensibile
huius sensus. cùm vero non habue-
rimus viam, qua cognoscamus sen-
sibile istius sensus particulare, non
habebimus viam ad cognoscendas
propõnes vniuersales, q̃ sunt in hoc
genere: cumque non habuerimus
viam ad cognoscendas propositio-
nes vniuersales, non habebimus
viam ad aliquid demonstrãdum in
hoc genere. si igitur defecerit sen-
sus aliquis, deficiet & sciẽtia aliqua.
C Omnis vero syllogismus constitui-
tur per se ex tribus terminis, quem-
admodum declaratum fuit in libro
Syllogismi. si enim fuerit sylls af-
firmatiuus, hoc est concludens affir
matiuam, prædicabuntur termini
tres affirmatiue de se inuicem, hoc
est primus de medio, & medius de
vltimo: sin autem extiterit syllogis-
mus negatiuus, hoc est concludens
negatiuã, prędicabitur vnus duo-
rum terminorum affirmatiue, & al-
136 ter negatiue. Et hoc totum declara-
tum fuit in libro Syllogismi. quod
cùm ita sit, igitur in syllogismo ha-
bente propositiones probabiles, qui D
est syllogismus dialecticus, propo-
sitiones non habebunt aliam cõdi-
tionem, nisi vt sint probabiles tan-
tum, siue fuerint in ipsis conditio-
nes propõnum verarum, siue non
extiterint. Sed in syllogismi demõ- 137
stratiui propositionibus, oportet eã
conditionem ponere cum reliquis,
quam commemorauimus, vt non
sit prædicatio terminorum de sein-
uicem per modum accidentis, hoc
est secũdum aliud, q̃ quod natura-
liter consuetum est, quemadmodũ
si prædicaretur homo de albo: hoc E
est, si poneretur albũ subiectum in
enũtiatione, & homo prædicatum,
& diceretur, ꝙ omne album est ho
mo. & hoc, quoniam album secun-
dum naturam est prædicatũ de ho-
mine, qm̃ ipsum inest homini, &
homo est subiectum ẜm naturam.
Cũq; res ita fuerit, hoc est, ꝙ sint 138
aliqua subiecta secũdum naturam
& prædicata ẜm naturam, oportet
vt consideremus, cùm inuenerimus
aliquid, quod est subiectũ tantum
alicui ẜm naturam, & non est præ-
dicatum de re alia, quemadmodum
indiuiduum substantiæ, & aliquid F
prædicatur de ipso ẜm consuetudi-
nem naturalem, & primo fuit sub-
iectum rei alij, & hoc prędicatum
tertium subiectum prædicato quar-
to, an perueniat ad finem additamẽ-
tum hoc, & sursum ascensus in hu-
iuscemodi negotio, quod est ẜm na
turam & essentiam, vsquequo de-
ueniat ascendendo ad prædicatum
primum, quod non est subiectum
rei alij. an vero hoc procedet in in-
finitum. Et consideremus consimi- 139
liter etiam, cùm inuenerimus præ-
dicatum primùm, hoc est, de quo

G non prædicatur ſm naturã res alia penitus, & ſubiectũ vtiq; prędicati primi, prædicatur de ſubiecto ſecũdo, & ſecundum de tertio, an fieri poſſit conſimiliter etiam in huiuſcemodi deſcẽſu, & declinatione deorſum vt perueniat ad ſubiectum primum an procedet hoc in infinitũ. Differentia vero inter hęc duo eſt, qm̃ in priori quærimus, an de ſubo primo ꝑdicentur inter ſe prædicata infinita. quemadmodũ, ſi de B prędicaret C: & de C, D, & de D, E, ſi hoc ſtabit. in ſecũdo aũt inueſtigamus,
H an prædicatũ primũ habeat ſubiecta infinita, quę ſibiinuicem ſubijciantur, an deueniat res ad ſubiectũ primum, quod non habeat ſubiectum aliud. quemadmodum, ſi eſſet A prædicatum primum, de quo nõ prædicaretur aliquid: & ipſum prędicaret de B, & B de C, & C de D.
140 Deinde operæprecium eſt, vt inquiramus conſiſr etiam, poſteaquã mõſtratum fuit, ꝙ extremi termini in demr̃onibus ſunt finiti, hoc eſt, ꝙ oportet in ipſis inueniri prædicatum primum & ſubiectũ primum
I an media inter ipſa ſint finita aut infinita: hoc eſt, ꝙ inueniatur inter oẽs alios terminos ipſorũ terminus medius, & inter hunc terminũ terminus alius, & procedat hoc in infinitum: & ex inueſtigatione ſuꝑ duobus quæſitis primis acquirimus, an quæſita ſint finita, an vero infinita. & ex hac tertia quæſtione habem⁹, an ſint hic propoſitiones immediatę primę, quæ nõ monſtrentur per alias, an vero in omni re ſit mediũ, ſuper quo conſtituatur demonſtratio, quemadmodum viſum fuit hoc illi antiquorũ, de quo narrauimus.

Sermo aũt de propõnibus negatiuis eſt hic idẽ ſermo: hoc eſt, an cũ fuerint termini cum hac diſpõne, vt aliqui prædicẽtur affirmatiue, & aliqui ipſorum negatiue, an inquã prędicatio in huiuſcemodi terminis deueniat in finẽ ab vtriſq; extremitatibus, an vero non perueniat in finem, & ſi peruenit ad finẽ, an fieri poſſit, vt inter ambas extremitates ſint media infinita: vtilitas autem quęſtionis ſuper his rebus ex huiuſcemodi propõnibus, hoc eſt, quæ ſunt compoſitæ ex affirmatione & negatione, eſt eadem vtilitas, q̃ fuit in affirmatiuis tm̃. hoc eſt, an inueniaẽ negatio immediata: & an ſint cognitiones ꝑ viã negationis finitę. K L

Scire aũt debes, ꝙ potentia iſtarũ duarum quęſtionũ in terminis cõuertibilibus ad ſeinuicem eſt potentia eadem. hoc eſt, an ſint prædicata finita, an vero infinita: qm̃ prędicata ſunt* huius diſpõnis, ꝙ prædicata ĩ ipſis poſſunt redire ſubiecta. cumq; inuenerimus prædicato primo ſubiectum vltimum, inueniemus iã ſubiecto alicui primo prædicatũ vltimũ, & è conuerſo: qm̃ fieri põt, vt ſit hoc prędicatũ primũ ſubiectũ primũ: & aſcendemus ab ipſo ad prędicatum vltimũ, & ipſum eſt ſubiectũ vltimũ. cumq; non inuenietur ſubiectũ vltimum, non inuenietur prędicatũ vltimũ. & conſiſr, cùm nõ inuenietur prædicatũ vltimum, nõ inuenietur ſubiectũ vltimũ: ſiue extiterit conuerſio ipſorũ & prædicatio ipſorũ vtrorumq; ſm conſuetudinem naturalẽ, ſi fuerint aliqua cum hac diſpõne, aut fuerit cõuerſio ſm aliam cõſuetudinem à naturali, queadmodũ ſubſtãtia ſuꝑ accidente. preterq̃ ꝙ ſi fuerit ꝑdicatio ipſorũ, & cõuerſio ipſorũ naturalis, 142 *al. l. ſubiecta. M

ralis,

ralis, nõ inuenieť ibi subm primũ, neq; prædicatũ primũ ƒm naturã.

2143 Monstremus ergo primò, si extrema sunt finita, ꝙ media ex necessitate erunt finita: & dicamus, si fieri posset, vt extrema essent finita, hoc est existentia in actu, & media inter ipsa in actu, nõ finita, ꝙ ꝓcessus ab extremo ad extremũ non esset possibilis: progressio nanq; inter ipsa eẽt vtiq; super medijs. cũq; fuerint media infinita, progressus super ipsa nõ erit determinatus. cumq; fuerit vna duarum extremitatum infinita, altera extremitas non erit inuenta in

B actu, sed iam positũ fuit inueniri in actu: quod fieri nõ põt, & non cohæret: & ęquum est, siue ponamus media infinita inter aliqua media exñtia in actu inter duas extremitates existẽtes in actu, siue ĩter omnia media exñtia in actu inter duas extremitates. quemadmodũ, si essent binę extremitates A & B, & media inter ipsa C & D. siue igiť ponamus media ista, q̃ sunt infinita inter A & C, & inter C & D, & ĩter D & B, siue posuerimus inter duos terminos ipsorum tm̃: & ponamus reliqua non

C habere mediũ inter se: queadmodũ si poneremus media infinita ĩter A & D tm̃, & reliqua nõ hẽre mediũ.

144 Quod sequitur in hoc est vnũ, & idem*consequens ex hoc in demonstrationibus, & concludentibus affirmatiuas: id quod sequitur per se in demr̃onibus concludentibus negatiuas. hoc est, si fuerint extrema ĩ ipsis determinata, ꝙ & media erũt determinata finita. & hoc, quoniã quemadmodũ declaratũ fuit, cùm posuerimus media prædicata ƒm affirmationẽ infinita inter duas extremitates inueniri ĩ actu: quorũ vnũ

*2 l. & qđ sequitur per se.

ꝓdicatur de altero affirmatiue propter prædicationem suã de istis medijs, quę sunt infinita, fieri non põt, vt sint duæ extremitates, quarũ vna prædicatur de altera affirmatiue. D

Consimiliter sequitur res in duabus extremitatibus, quarũ vna prędicatur negatiue propter terminos medios infinitos. & hoc, quoniam cùm aliquid negatur ab aliquo per mediũ, oportet, ꝙ sint ibi duæ propositiones: quarũ vna est affirmatiua & altera negatiua. cũq; oportuerit esse propositiones affirmatiuas immediatas, si non procedet res in affirmatiuis in infinitũ, iã oportebit, vt sit res in propositionibꝰ negatiuis cõsimiliter. vt in exemplo, si ponamus A negari à B, propter negationẽ ipsius à C, & quia B inest C & negatur vtiq; à C, qm̃ negať ab E, & E inest C, & ita in infinitũ: qđ cùm ita fuerit, nõ inuenietur A negari à B in aliquo tẽpore, nisi fieri posset, vt inuenirentur propõnes affirmatiuæ infinitę inter duas extremitates determinatas. siue demr̃o negatiua, quę est cum hac dispõne; componatur in prima figura, aut in tertia, affirmatiua ĩ hoc erit vna. 145 E F

Qm̃ iã declaratum fuit, ꝙ oĩs syll's nõ est absque ꝓpõne affirmatiua & vl'i, & cõsil'r si fuerit demr̃o, quę est cũ hac dispõne cõposita in pluribus figuris. compositum. n. ex infinito est infinitum per se ex necessitate. 146 147

Cùm vero stabilitũ fuerit, ꝙ extremitatibus existentibus finitis media sunt finita, ostendamus, ꝙ extremitates sunt finitæ: & primo per syllogismos vl'es veros, qui cõponunť ex prędicatis non per se, deinde demonstrabimus hoc in syll'is appropriatis proportionatis, qui cõpo- 148

G nuntur ex prædicatis eſſentialibus.

150 Dicamus ergo, ꝙ nihil prohibet, ꝙ prædicata, q̃ ſunt in ſyllogiſmis vniuerſalibus, aut accidētia ſubiectis ſuis, quæ ſunt in veritate ſubiecta, aut ſubſtantiæ ſubiectorū, quę ſunt ſubſtantiæ, aut definitiones, aut partes definitionum, hoc eſt genera, aut differētiæ: ſi fuerint definitiones, planum, ꝙ erunt finitæ ex parte ꝓdicationis. & cōſimiliter ſi fuerint partes definitionum: qm̃ ſi partes definitionum eſſent definitiones, procederet res in infinitum, & fieri non poſſet, vt cōſiſteremus ſuper ijs, ex quibus
H conſtituuntur res iſtæ, quod fieri nō poteſt. ſin autē ſiſtimus ſuper rebus ꝑp definitiones earum, iam oportet vt ſint partes definitionum finitę: & conſimiliter ēt nō poteſt ſubiectum definitionum, aut partium definitionum hr̃e ſubiectum, hoc eſt definitiones, & procederet hoc in infinitum, qm̃ ſubiectum aut erit genus, aut ſpecies, & ſi fuerit genus, fieri nō poteſt, vt non habeat ſpeciem vltimam, ſpecies autem vltima complectur ad indiuidua. ſin aūt fuerit ſpecies, ꝓdicabitur vtique de indiuiduo tantum: indiuiduū autem non prædicatur de aliquo penitus ſm con-
I ſuetudinem naturalem, & hęc eſt diſpoſitio prædicatorum eſſentialiū, cū fuerint definitiones, aut partes definitionū, hoc eſt genera, aut dr̃iæ.

Sin aūt prędicata accidentia ſub-
151 iectis extiterint. deſiſtimus conſimiliter etiam per hunc modum à prædicatione, quæ eſt per viam accidentis. quemadmodū deſiſtit prædicatio à cōſuetudine naturali, & eſt in ſumma prædicatio accidētis de accidente ex parte, qua ꝓdicantur vtraque de ſubſtantia ſm naturam, qua eſt ſubiectum accidentis. quemad- K
modum, ſi prædicaremus de hoc albo, ꝙ eſt bicubitū, aut de bicubito, ꝙ eſt relatiuum, aut aliquod ex alijs prædicamentis. bicubitum.n. prædicatur de albo aliquo, qm̃ accidit illi, vt prædicetur de aliquo, de quo prædicatur album, quod eſt ſubſtātia eius, quod ſubijcitur vtriſq;, ac ſi diceres, homo, aut trabes, & faceres in hoc prædicationem veram, & ſi non eſt eſſentialis, eſt prædicatio accidentis de ſubſtātia. quemadmodum prędicatio ambulationis de homine. iam vero declaratum fuit, ꝙ huiuſcemodi prædicata ſunt finita, L
& ſubiecta ipſorum finita. & hoc, qm̃ omne accidēs, quod prędicatur ex neceſſitate, aut prędicatur de ſubſtantia ex parte, qua eſt quale, aut quantum, & in ſumma vnum ex nouem prædicamentis. quod autē eſt cum hac diſpoſitione, deuenit ad finem ex neceſſitate ex parte, qua deueniunt ad finem prædicata ſubſtātialia, quæ ſunt ſubiecta ipſorum: & hoc, cum accipitur prędicatum prędicatum ſm naturam, & ſubiectum ſubiectum ſm naturam, non per accidens. quemadmodū, ſi prædicaretur prædicamentū accidentis de alio M
prædicamento accidentis, eo quòd prædicantur ſimul de ſubſtantia.

De ſubſtantijs vero in ſumma ꝓ- 149
dicatur vna duarum rerum, hoc eſt prædicatione vera: aut res, quæ notificant eſſentiam, aut res, quæ ſunt vnum nouem prædicamentorum. vnumquodq; aūt generum aut ſpecierum exiſtentium in ſingulis prędicamentis deuenit ad finem, eo ꝙ deuenimus in ꝓdicamento ſubſtantiæ, & ſpeciebus ſuis, quæ illis ſubijciuntur, quoniam nō inueniuntur vniuer-

A vniuersalia, nisi ĩ rebus illis designatis : & propterea non est vtilitas hic in positione formarum, de quibus dixit Plato, an inueniantur: demõnes nanque sunt de istis rebus, quæ ipsis designantur, non autem de iis formis abstractis. cumq; hoc stabilitum fuerit, planum, ꝙ ascensus in prędicatione, non potest progredi in infinitum in aliquo prędicamento, & consilr descẽsus deorsum. cũq; res ita fuerit, manifestum, ꝙ omnis prędicatio vera est finita ex duobus modis simul, hoc est ꝑdicati & subiecti: & iste modus est vnus ex modis, ex quibus monstratur, ꝙ in oĩ B syllo logico ꝑdicatio completur ad propõnes immediatas : qm̃ oportet extremitates ĩ ipsis eẽ determinatas.

152 Modus autem secundus est, si demonstratio construitur ex propõnibus vniuersalibus cõprehensis in cõclusione, hoc est, quę sunt altiores ipsa : & ea, quę sciuntur per demonstrationem, non possunt sciri per aliud q̃ per demr̃onem, neque per aliud, quod sit excellentius demr̃one: sequitur igit, si omnis propositio, quę accipit in demonstra- C tione, indiget propositione altiore, quod non inueniatur in aliquo cognitio per demonstrationem, qm̃ existentia eius, quod non habet finem non potest transire in actum, nisi aliqs posuerit, ꝙ demonstratio sit ex ꝓpositionibus cõfessis, & positis, absq; eo, ꝙ monstrentur in aliqua sciẽtia : sed hoc est impossibile.

153 Iam itaq; mõstratum fuit fieri nõ posse, vt syllogismus logicus sit ex ꝓpõnibus infinitis. Et intelligo per logicum syllm, cuius ꝓpositiones sunt vniuersales & verę absq; eo, ꝙ sint ꝓportionatę, dispositio quoq; syllogismi demonstratiui propor- D tionati, & est is, quẽ intendimus inuestigare, iã fuit declarata, ꝙ oportet cõsilr etiam ipsum compleri ad propositiones immediatas : quoniã est determinatarũ extremitatum ex hoc sermone. & hoc, qm̃ demõstratio vtiq; est ex propõnibus essentialibus, quemadmodum supradictũ fuit. Propõnes autẽ essentiales sunt duarum specierum, quarum vna ẽ, vt prędicata ea sint, ex quibus constituatur natura subiectorum : hęc autem prędicata, aut sunt definitiones subiectorum, aut partes definitionum. Species aũt secunda est, vt E prędicata accipiantur, in quorum definitionib⁹ sunt subiecta sua fm ꝙ sunt partes definitionum suarũ, quemadmodum impar, quod prędicatur de numero, qui nõ est par. numerus. n. accipitur ĩ definitione numeri imparis & numeri paris. qđ cùm ita sit, manifestum est, ꝙ in speciebus huiusce prędicationis nõ est posis ascensus in infinitum : & hoc, qm̃ si inueniret in impare aliquid, quod esset ad modũ imparis respectu numeri : numerus. n. con- F silr ẽt acciperet in definitione istius simul cum impare, & si inuenirentur prędicata cũ hac dispõne in infinitum, fieri posset, vt inuenirentur in genere vno per se aliqua infinita in actu, quod est prohibitum. qđ autẽ inuenitur in huiuscemodi prędicatis, non vt procedat in infinitũ, sed inuenitur in ipsis, ꝙ conuertantur, hoc est, ꝙ prędicetur magis vle de magis appropriato : & hoc, qm̃ secundum ex ipsis est magis appropriatum q̃ primum, & hoc quoniã impar est magis appropriatũ quàm numerus, & si fuerit aliquid aliud,

G quod se habuerit respectu imparis,
quẽadmodũ se habet impar respe-
ctu numeri, ipm erit magis appro-
priatum consilr etiã, q̃ impar: & pp
hoc apparet itidẽ ex hoc mõ, ꝙ nõ
est posis ascẽsus in ipsis in infinitũ,
sed cõplebitur res, ad naturã prædi-
cati, quo nõ inuenit̃ appropriatius.
154 Et consimiliter etiã in prędicatis,
quę accipiuntur in definitione sub
iectorũ, non põt progredi res in in-
finitum: qm̃, si res ita se haberet, non
haberemus viã ad cognoscendas re-
rum definitiones. cùm igitur præ-
dicata in demrõne sint istarum dua
H rum specierũ, iamq; declaratũ fue-
rit de istis, ꝙ habent ascensum sur-
sum determinatũ, hoc est in prædi-
catione, & in ꝓcessu consilr etiam
deorsum terminãtur, hoc est in po-
sitione sub seinuicem: cũq; hoc ita
fuerit, & declaratum fuerit antea, ꝙ
definitiones, quæ cõprehenduntur
inter hos duos terminos, sunt fini-
tæ, planũ, ꝙ sequitur ex hoc, vt sint
in demonstrationibus propositio-
nes primę, quę non habent demrõ-
nem aliam, qm̃ non habent termi-
num medium, & non erit demrõ
cadens super omni re. & hoc est, qđ
narrauimus nõnullos existimasse.
I Iam igitur declaratum est, ꝙ in am-
bobus syllogismis, logico & demon
stratiuo, oportet esse propõnes im-
mediatas notas per se non ꝑ alia.
Videtur autem, cũ fuerit aliquid
155 vnum idẽ prædicatũ de duobus, eo
ꝙ prædicatur de aliquo vniuersali
ipsis, ꝙ hoc non progrediatur in in-
finitũ. hoc est, ꝙ prædicetur de hoc
vniuersali ꝓpter vniuersale aliud
ipsi inexistens: sed hoc stabit, quẽ-
admodum si prædicaretur de trian-
gulo diuerso laterum & æquilate-
ro, ꝙ habent angulos æquales binis K
rectis, quoniã vtraq; sunt triangu-
lus, nõ sequitur, si prædicatur ęqua
litas angulorum de triangulo pro-
pter rem vniuersalem ipsi itidẽ in-
existentem, vt hoc procedat in infi-
nitũ: hoc est, ꝙ insit prędicatio isto-
rum. consimiliter etiam huic magis
vniuersali ꝓpter vniuersale aliud,
& procedat hoc in infinitũ. si enim
hoc ita esset, exuerent propõnes na-
turales, quę ponunt̃ in hac arte, na-
turã generis, & inueniretur vniuer-
salius ipsis duplicãdo in infinitum.
Sed iam declaratũ fuit non opor- 156
tere propositiones exuere naturam L
generis subiecti, siue fuerit appro-
priatum, siue vl̃e, quemadmodum
declaratum fuit in superioribus: &
propterea fieri non potest, vt trans-
ferat̃ demonstratio de arte in artẽ.
Et propterea oportet propõnes, q̃ 157
efficiũtur in demonstrationibus es-
se duarũ specierum, quarum species
vna est earum, quæ non habent me
diũ, & hæ sunt, quæ non consueue-
runt monstrari per alias, & species
alia est earũ, quæ habent medium,
& hæ sunt, quæ consueuerunt mon
strari ꝑ alias, istæ vero duæ propõ-
num species inueniunt̃ in affirma- M
tiuis & negatiuis, quemadmodum
declaratũ fuit. Propõnes aũt im-
mediatæ eæ sunt, quæ se habent re- 158
spectu demonstrationis per modũ
fundamentorũ. & hoc, aut omnes,
aut ex ipsis maiores: & propositio
quidem immediata ea est, quæ ab-
solute est simplex: propõ autem ha-
bẽs medium est composita, & quẽ-
admodũ in reliquis compositis de-
uenit res ad principia maxime sim-
plicia, quẽadmodũ deuenit melo-
dia ad melodiã, quæ est semitoniũ,
& quem

A & quemadmodum deueniunt men
ſuræ & pondera, ad pondera & men
ſuras, quibus non inueniuntur mi-
nora ſm̄ ſenſum: ita ſe habet res in
principijs ſyllogiſmi, & elemēta ſyl-
logiſmi ſunt propōnes immediatæ.
159 Medium aūt cadit in propōnibus
mediatis, in affirmatiuis quidē inter
duas extremitates, & hoc ſemꝑ, qm̄
concluſiones vl̄es affirmatiuæ cōclu
duntur in prima figura tantum. me
dium vero in propoſitionibus nega
tiuis cadet inter duas extremitates.
& hoc, cùm fuerit negatiua vl̄is con
cluſa in prima figura, qm̄ propoſi-
B tio minor erit in ipſa affirmatiua: &
ex hoc ſequetur ex neceſſitate, vt me
dius terminus inueniatur inter duas
extremitates. in figura aūt ſecunda
medius terminus cadet extra maio-
rem extremitatem, ſed in tertia nō
cadet extra maiorem extremitatem.
160 Dixit: Cū vero demr̄onum alia ſit
vl̄is & alia particularis, & alia affir-
matiua & alia negatiua, & alia recta
& alia per viam impol̄is, oportet, vt
conſideremus vtra ſit reputatior de-
monſtrationum, vl̄is, aut particula-
ris, affirmatiua aut negatiua, recta,
an quæ eſt per viam impoſſibilis.
C Et incipiamus ex hoc ſpeculari de
161 diſpōne demr̄onis vl̄is & particula-
ris, & dicamus, ꝙ nonnulli exiſtima
uerunt demr̄onem particularē me-
liorem eſſe vl̄i. Primum quidem,
qm̄ exiſtimarunt, ꝙ qui nouit hūc
eſſe muſicū, nouit hoc per ſe & ſine
medio, & hæc eſt cognitio particu-
laris: qui vero nouit hunc eſſe muſi-
cum, quia nouit hoīem eſſe muſicū,
is nouit ꝑ aliud, & hæc eſt cogni-
tio vl̄is. cognitio aūt de aliquo per
ſe, eſt reputatior cognitione, quę eſt
de aliquo ꝑ aliud. cognitio igitur
particularis eſt reputatior cognitio- D
ne vniuerſali. Dixerunt, & eodem
pacto, qui nouit per demonſtratio-
nem triangulum æquicrurem habē
re angulos æquales duobus rectis
abſq; medio, ꝙ eſt triangulus, is eſt
reputatior quàm ille, qui nouit hoc
de ipſo, propterea ꝙ eſt triangulus.
Dixerunt amplius, qm̄ vniuerſa- 162
le non eſt aliquid extra ſingularia,
demonſtratio de aliquo vniuerſali,
cùm ipſum fuerit ſubiectum, faciet
nos imaginari ꝙ ſit aliquid determi
natum præter indiuidua, demr̄o au
tem de aliquo, quod non eſt cauſa
erroris, eſt reputatior, quam quę eſt E
de aliquo, quod eſt cauſa erroris.
Dixerūt amplius, qm̄ oportet par 163
ticulare magis exiſtere extra aīam,
quā vl̄e. & demōſtratio de aliquo,
quod magis exiſtit, eſt reputatior q̄
demonſtratio de aliquo, quod paru
exiſtimatur exiſtere: iamq; apparet
particulare magis exiſtere, q̄ vl̄e.
qui.n. conſtituunt huius exiſtentiā,
conſtituunt vtiq; ipſam per particu
lare. Dixit: & iſtæ probationes oēs
ſunt debiles, ſed ex ipſis ꝓbatio pri-
ma magis continet veritatē. & hoc,
qm̄ planum vtiq; eſt, qm̄ cognoſcēs
hoc ineſſe huic ſic, quia eſt ipſi aſſi- F
gnatum, cognoſcit vtique ipſum per
viam accidentis, non per modū, quo
eſt. vt in exemplo, qui nouit hr̄e an
gulos æquales duobus rectis ineſſe
triangulo æquicruri, non triangulo
abſolute, nouit vtiq; hoc nō in eo ꝙ
eſt quid: qui vero nouit hoc de triā-
gulo abſolute, nouit vtique rem in
eo quòd eſt quid: cumq; hoc ita ſit,
cognitio de re vniuerſali illuſtrior
eſt cognitione particularis.
Amplius, cùm vl̄e ſit intētio vna, 164
& nomen non ſit æquiuocū, inten-

D tio, qua ipsum est extra ĩtellectum, non est minor, q̃ existentia particularium, sed addit ipsorũ existentiæ additamẽtum, qđ est non esse corruptibile neq; generabile, indiuidua vero generabilia sunt & corruptibilia. neq; sequitur, cum fuerit nomẽ vl'is significans intentionem vnam separatam, vt existimetur de hoc, ꝙ est aliquid existẽs separatum ab indiuiduis & hoc, qm̃ quemadmodũ non existimatur hoc de vniuersalibus prædicamentorum accidẽtis, vt de vniuersali albedinis & nigredinis, ita non oportet, vt existimetur
H de vniuersali substantiæ.

165 Amplius, si quis existimaret hoc de vniuersali, defectus esset pp ipsũ, non propter existẽtiam vl'is per se, & hæc est monstratio contradictionis in eo, ꝙ errrauerunt super ipso.

166 Iam vero monstrabitur, ꝙ demõstratio de re vl'i reputatior est, quã quæ est de re particulari per probationes: quarũ vna est, qm̃ illud, qđ scitur per aliquid verius in tradẽdo causam, est reputatius eo, quod scitur per aliquid, quod nõ est verum in tradẽdo causam, sed vl'e est verius in tradẽdo causam, cùm sit illud, de quo prædicatur res per se, & sit il-
I lud, in quo sistitur quęstio pp quid, sm̃ ꝙ est causa vera. vt in exemplo, si quęramus, v.g. propter quid triangulus habet angulos extrinsecos æquales quatuor rectis, & dicatur, quoniã est ęquicrus, dabitur in hoc causa diminuta, cùm sit accidẽtalis. & consimiliter si dicatur, quoniã est triangulus. Si vero dixerimus, quoniam est figura rectilinea, illud erit, propter quod anguli extrinseci sunt cum hac dispositione. iam.n. tradita erit causa vera perfecta faciẽs possidere scientiam perfectam. K

Amplius, qm̃ particularia sunt infinita, & infinita sunt incomprehẽsibilia & non continentia, sed vl'ia sunt cõprehensibilia per particularia, & continẽtia ipsa: erit igitur demõstratio de vl'ibus reputatior, quã demonstratio de particularibus, qm̃ demonstratio de rebus, quarum cognitio est maior, ipsa est reputatior demr̃one, quarum cognitio est minor, hoc est rerum particularium. 167

Amplius, demonstratio, per quã cognoscuntur duo, est reputatior, q̃ demonstratio, per quam cognoscitur vnum. sed qui scit vniuersale, L 168
scit etiã particulare propter vniuersale in potentia propinqua: qui vero scit particulare, non scit propter ipsum vniuersale, neq; in potentia propinqua, neque longinqua.

Pręterea, qm̃ ex termino medio, qui ẽ ex causa vniuersali alta, est demonstratio, ad quam completur inquisitio super causa istius rei, & satisfacit desiderio naturali: cumq́ue demonstratio magis vl'is sit reputatior ea, quę est minus vl'is per existimationem scientię causę, igitur demõstratio, quę est de vniuersali, est reputatior ea, quę est de particulari. M 169
& hoc, qm̃ si est demonstratio reputatior, in qua propositio maior est perfectioris vniuersalitatis, oportebit conclusionem, quę est cùm hac dispositione, esse reputatiorem.

Dixit: Hi igit' sunt sermones, per quos monstrari potest sciẽtiam de vl'i reputatiorem esse ea, quę est de particulari, pręterquam ꝙ ex his sermonibus, quos disputauimus, est aliquid procedens modo sermonum logicorum, hoc est dialecticorum. id .n. vnum est ex ijs, quę intelligimus per 170

A per logicos. Atqui ex ijs oportet vt
consistamus in eo, ꝙ vle maiorem
habet existimationē scientiæ, q̃ par-
ticulare, qm̄ qui habet scientiam de
re in vniuersali, habet scientiam de
particulari in potentia, qui vero ha-
bet scientiam de re particulari, non
habet scientiam de vniuersali peni-
tus, neq; per aliquem modum, hoc
est, neq; in potentia, neq; in actu: &
hæc est summa omnis illius, quod
dixit de eo, ꝙ demonstratio vniuer-
salis est reputatior particulari.

171 Quòd aūt demonstratio affirma
tiua sit reputatior vl̄i negatiua decla
B rabimus consil'r ét per modos. quo-
rum vnus est: qm̄ demōstratio, quæ
ꝓcedit super propōnibus paucis in
capitulo quantitatis, aut caplo qua-
litatis, hoc est simplicibus, ipsa est
reputatior quàm demōstratio, quæ
procedit super propōnibus pluribus
in duob⁹ capitulis simul, aut in vno
ipsorum, demr̄o aūt affirmatiua &
negatiua cōsentiunt simul in eo, ꝙ
cōponuntur ex tribus terminis, præ-
terquam ꝙ affirmatiua componit'
ex duabus propōnibus, quæ sunt de
vna specie, hoc est affirmatiuis, ne-
gatiua vero componitur ex duabus
C propōnibus duarum specierum, hoc
est, quarum vna est affirmatiua, &
altera negatiua, igitur demōstratio
affirmatiua reputatior est demōstra
tione negatiua. Quòd aūt demon-
stratio, q̃ componitur ex propōnib⁹
paucioribus in capitulo quātitatis,
aut qualitatis ipsa ē reputatior, hoc
monstratur ex eo, ꝙ demonstratio,
quæ cōponitur ex propōnibus, qua-
rum sciētia est propinqua de primis
cognitis ad conclusionem, est repu-
tatior demonstratione, quæ compo
nitur ex propōnibus, quarum scien
tia ad cōclusionem suam est longin D
quior à primis cognitis secundum
naturam: & ad huius similitudinem
videtur, ꝙ se habeat res, cùm compo
natur ex propositionibus habenti-
bus species in cognitione, hoc est, ꝙ
sit vna ipsarū notior altera, quem-
admodum affirmatiua & negatiua:
cognitio enim affirmatiuæ est ma-
ior quam negatiuæ, & qm̄ demon-
stratio negatiua cōponitur ex dua-
bus propositionib⁹, quarum vna est
minoris cognitionis quam altera, af
firmatiua vero componitur ex dua-
bus propositionibus, quarū vna est
æqualis alteri propositioni. proposi E
tio aūt vna in demōstratione nega-
tiua est minor in cognitione, quam
altera notior ipsa, sequitur, vt sit de-
monstratio affirmatiua notior de-
mr̄one negatiua: & verisimile est, ꝙ
demonstratio simplex sit reputatior
in summa, quam composita. cumq;
complicatur in demōstratione sim-
plicitas pp qualitatem, & quantita-
tem, erit reputatior q̃ demōstratio,
quæ sit simplex ex parte quantitatis
tantum: & hoc, quoniam demōstra-
tio simplex ex parte quantitatis est
vtiq; ex tribus terminis tantum. &
verisimile est, ꝙ hoc sit illud, quod F
intendit Arist. in hoc tractatu.

Amplius, qm̄ cōclusiones affirma 172
tiuæ monstrant' ex duabus propōni-
bus affirmatiuis, negatiuę aūt mon
strantur ex duab⁹ propōnibus, qua-
rū vna est negatiua, & altera affirma
tiua, & affirmatiua est reputatior.

Amplius, cùm syllogismus nega- 173
tiuus magnificatur, hoc est, additur
in ipso terminus medius inter duos
terminos, quousq; habuerit termi-
nos multos, sequitur vtiq;, ꝙ in ip-
so multiplicentur affirmatiuę, in ne-
gatiuis

G gatiuis vero non erit nisi negatiua
vna. vt in exemplo, si A non insit ali
cui B, & B insit omni C, cumq; opus
fuerit augmento duarum proposi-
tionum, oportet vt ponamus inter
A & B terminũ medium, aut inter B
& C consilr, & sit terminus medius,
qui est inter A & B, & inter B & C,
G: planum. n. ꝙ erunt in hoc syllo
tres affirmatiuæ, & negatiua vna. &
hoc, qm̄ A erit de nullo B, & E de oĩ
B, & de oĩ G. & consilr, si duplicabũ
tur media, addentur affirmatiuæ &
derelinquetur negatiua vna tm̄: qđ
cùm ita sit, affirmatiuæ sunt cã, ꝙ
H negatiua concludat. & affirmatiua
quidẽ non indiget negatiua, vt con
cludat, sed negatiua indiget affirma
tiua: sed cũ fuerit syllˢ cõpositus, indi
gebit plus quam affirmatiua vna.

174 Et omne id, quod ita se habet, vt
ipso opus sit ad mõstrandũ aliquid
aliud, ipsum non est notũ. affirma-
tiua igitur in summa est notior ne-
gatiua, & demonstratio, cuius con-
clusio & propositiones sunt notio-
res ipsa, est notior, & notũ est repu-
tatius. iam. n. monstratum fuit, ꝙ
affirmatiua est notior negatiua, ex
eo ꝙ negatiua vtiq; intelligitur per
I relationem ad affirmatiuam, & af-
firmatiua nõ intelligitur per relatio
nem ad negatiuam. hęc. n. est dispo
sitio priuationis cum existentia.

175 Amplius, qm̄ affirmatiua signifi-
cat super existẽtia, negatiua vero su-
per priuatione, sed existẽtia ẽ prior
& reputatior priuatione, & demon-
stratio, cuius propõnes sunt priores
& digniores, ipsa ẽ dignior & prior.
Amplius demonstratio affirmatiua
est prior ſm naturam negatiua, qm̄
cùm sustuleris propõnem affirma-
tiuam, non erit ibi conclusio nega-
tiua: cumq; fuerit propõ affirmati- K
ua, non oportet, vt sit cõclusio nega-
tiua: & demõstratio, q̃ componitur
ex propositionibꝰ prioribus ſm na-
turam est excellentior demonstra-
tione, quæ componitur ex proposi-
tionibus posterioribus ſm naturã.

Et, qm̄ iam monstratũ fuit, ꝙ de- 176
monstratio affirmatiua recta est re-
putatior demonstrõne negatiua re-
cta, planum est, qm̄ cùm monstratũ
fuerit, ꝙ demſo recta negatiua re-
putatior est demſone deducente ad
impoſſe affirmatiua, monstratũ est,
ꝙ demonstratio recta in summa est
reputatior deducente ad impossibi- L
le. ponamus igitur primũ, ꝙ forma
syllogismi recti negatiui est hæc, vt
sit A, exempli gratia, non inexistens
alicui B, & B inexistens C: sequitur
. n. ex hoc, ꝙ A, exempli gratia, non
insit alicui C. Cùm aũt voluerimus
monstrare conclusionem istam per
syllm̄ ad impoſſe, oportebit vtiq; nos
accipere contradictorium cõclusio-
nis, aut contrariũ, quod est, A inesse
oĩ C, & cõplicabimus cum eo pro-
põnem indubitatæ veritatis, quę est,
exẽpli gratia, B inesse omni C, & po-
nemus concludi ex ipsis impoſſe, qđ
est, A inesse alicui C, quod tñ non M
inest ipsi, & termini in ambabus de-
monstrationibus sunt vni, quemad
modum prædictum fuit. Differunt
autẽ inter se, qm̄ cùm negatiua ma-
ior vlis fuerit apud nos notior con-
clusione, cõplicabimus syllogismũ
rectum. quemadmodũ, si hoc, quod
dicimus, A nõ inesse alicui B, fuerit
notius, q̃ hoc, quod dicimus, A non
inesse alicui C, cũ vero extiterit con
clusio negatiua vlis apud nos no-
tior maiore negatiua, cõplicabimus
syllm̄ ad impossibile, cũ posuerimus
contra-

A contradictorium ipsius, & applicuerimus illi verã, & colligetur ex hoc falsum manifestæ falsitatis. In syllõ igitur ad impossibile, non cõuenit, ꝙ sit cõclusio notior apud nos propositione maiore, cuius cõclusiones sunt ꝑm naturã, hoc est propositiones cõprehensæ in conclusionibus: quod cùm ita sit, syllꝰs rectus est, qui concludit occultius ꝑm naturam ex notiori ꝑm naturã: syllogismus aũt ad impossibile concludit ex notiori apud nos, non ex notiori ꝑm naturam: & ꝙ concludit ex notiori ꝑm naturam, ipsum est reputatius.

B 177 Amplius, qm̃ conclusio est ꝑm naturam suam prior ambabus propõnibus, quarum vnius proportio ad alteram est, quemadmodũ proportio totius ad partem, ꝑm ꝙ declaratum fuit in lib. Syllogismi, & hic est syllogismus rectus: syllogismi vero ad impossibile propositiones nõ habent hanc dispositionem. ipse enim componitur ex prędicatiuo & conditionali, quemadmodũ declaratum fuit. syllogismus itaq; rectus is est, qui erit ꝑm naturam, & non ꝑm viã artificialem: sed syllogismus deducens ad impossibile est minimus ex

C ijs, quę facit cogitatio ꝑm naturam, sed facit ipsum per artem: demõstratio itaq;, quæ est ex cõpositione naturali & propositionibus notioribꝰ ꝑm naturam cõclusione, ipsa est reputatior: cùm vero demõstratio recta negatiua sit reputatior affirmatiua ducẽte ad impossibile, igitur reputatior erit negatiua ad impossibile: cumq; demonstratio affirmatiua recta sit reputatior negatiua recta, ipsa erit reputatior deducente ad impossibile simpliciter.

178 Dixit: Scientiæ vero habent inter se existimationẽ in inductione sciẽtiæ & veritatis de aliquo, ita vt scientia sit validior scientia pp tres causas. quarũ vna est, qm̃ scientia, quæ monstrat aliquod esse per suam causam, ipsa validior est ea, quæ monstrat id per aliquid posterius. Secunda, qm̃ scientia, cuius subiectum valde absoluitur à materia, ipsa est nobilior scientia, cuius subiectum nõ valde absoluitur à materia, qm̃ materia est causa quędam per accidens faciens errare in scientijs, & propterea Computatiua est validior, quã demonstrationes scientiæ Melodiarum. Tertia vero, qm̃ scientia, cuius principia subiecti sunt simpliciora, habet demr̃ones validiores q̃ scientia, cuius principia subiecti sunt cõposita ex hac intẽtione, & intẽtione simplici, & intentione ipsi superaddita. vt in exemplo scientia Computatiua cum scientia Geometriæ, qm̃ principiũ Computatiuæ est vnitas, sed principium Mensurarũ est punctus: & vnitas quidem est substãtia non diuisibilis, non hñs situm, punctus vero est substantia non diuisibilis habens situm: punctus igitur diminuitur ĩ simplicitate ab vnitate. D E

Dixit: Scientiæ aũt diuersæ sunt, F
quarum principia prima sunt diuersa, & subiecta ipsarum diuersa. Ap- 179
paret autem, ꝙ oportet scientias diuersas habere principia diuersa ex eo, qm̃ cùm resoluuntur principia, quę pertractantur in vnaquaq; sciẽtia ad principia prima, quæ nõ sunt nota per demr̃onem in hac sciẽtia, inueniũtur diuersa, quoniã oportet principia prima in omni demr̃one esse appropriata ꝑm naturã subiecti huic scientię per se, qm̃ oportet propositiones demõstrationis esse p se

G proportionatas sm id quod p̃cessit.
180 Dixit: Fieri aũt põt, vt sciatur per
demõstrationem quæsitũ vnum &
idem in arte vna & eadẽ per dem̃rõ-
nes multas, hoc est per terminos me
dios diuersos, & non accidet hoc in
eo, ꝙ termini medij positi sint sub
seinuicem, sed absq; eo, ꝙ fuerint po
siti sub seinuicem. quemadmodum,
si adduceretur demonstratio, ꝙ om-
ne suscipiẽs delectationem variatur
per medium motũ, & per medium
suscipiens quietem. cõplicabitur.n.
demonstratio vna hũc in modum:
omne suscipiens delectationem mo
H uetur: & omne quod mouetur va-
riatur: igitur oẽ suscipiens delecta-
tionem variatur. syllogismus vero
secundus ita cõponitur: omne susci-
piens delectationẽ suscipit quietẽ: &
omne suscipiens quietem suscipit va
riationẽ: igitur omne suscipiens de-
lectationem suscipit variationẽ. va-
riatio igitur, quod est vnũ & idem,
mõstratur de re vna & eadem in ar-
te vna per duos terminos medios,
quorum vnus non ponitur sub alte
ro. & cùm fuerit vnus terminorum
medierũ prædicatus de altero, pla-
num, ꝙ erũt ex ipsis duæ dem̃rões
I de re vna, postea quam ipsi insunt si-
mul subiecto vni. quemadmodum,
si monstraremus, ꝙ homo variatur
per mediũ, quod est animal, & per
medium, quod est rationale

181 Dixit: De ijs vero, quæ innouan-
tur per accidens & sm minus, non
erit demonstratio, qm̃ quod inno-
uatur per accidens nõ est ex ijs, quæ
inueniuntur ex necessitate, neq; ex
ijs, quæ inueniuntur vt plurimum.
demonstratio aũt est in his duabus
naturis, hoc est necessaria, & possi-
bili vt multum, qm̃ omnis demon-
strationis propositiones aut sunt ne K
cessariæ, quemadmodum præcessit,
aut sunt consuetæ vt multũ, & con-
clusio quidem consequens ex pro-
positionibus necessarijs est necessa-
ria, & consequens ex propositioni-
bus vt multum, est vt multum.

Dixit: Non est aũt via consimili- 182
ter ẽt, vt deueniamus ad scientiam
per demonstrationem ex sensu, &
hoc, qm̃ sensus vtique consequitur
singularia determinata tpe & loco:
sed scientia per demonstrationẽ est
vtiq; de re vniuersali & sm disposi-
tionem vlẽm, sed intentio vniuersa-
lis est in omni indiuiduo & omni L
tempore: & pp hoc, si sentiremus,
exempli gratia, ꝙ hic triangulus ha
bet angulos æquales duobus rectis,
non esset hic sensus id, quo accidit
nobis, ꝙ omnis triangulus habeat
angulos æquales duobus rectis, qm̃
sensus vtiq; est de triãgulo hoc par-
ticulari signato, sed scientia est de
triangulo vniuersali: & propter hãc
eandem causam, si fieri posset, vt es-
semus supra locum Lunæ ita, vt vi-
deremus defectum ipsius per consti-
tutionem terræ inter ipsam & Solẽ,
non assequeremur ex hoc signo sciẽ
tiam per causam sui defect⁹. & hoc, M
qm̃ scientia per causam prouenit v-
tique per modum rei vniuersalis, &
sensus non assequitur vniuersale,
quod est, omnis defectus Lunæ cau
sam esse constitutionem terræ inter
ipsam & Solem: sensus autem, licet
non assequatur intentionem vlẽm,
assequitur tamen ipsam intellectus
propter permutationem sensus sin-
gularis multis vicibus, quousq; com
ponatur ex ista permutatione in a-
nima intentio vniuersalis.

Monstratur aũt ex hoc, ꝙ vniuer 183
sale

A sale est dignius particulari, quoniam est causa propinqua, vt cadat sciētia in nobis: & ipsum consimiliter etiá dignius est formationibus separatis, hoc est absolutis à causis suis. nō. n. omnis formatio absoluta à causa deficit, nisi in eo quod habet causā: in primis. n. quæ non habent causas, res se habet in contrariū huius, iamq; declaratum est, ꝙ illud, quod assequimur per sensum, & illud, quod assequimur per demonstrationem, non est vnum: nisi per Deum cupiat aliquis vocare scientiam per demōstrationem sensationum: sed propte
B rea, ꝙ sensatio est principium intentionis vniuersalis, accidit nobis, vt ignoremus multa propter defectū sensationis, quæ est in ipsis: & si sentiremus ipsa, sciremus per scientiam primam, neq; oporteret nos constituere super ipsis demonstrationem, neque essemus studiosi de ipsis. vt in exemplo, si sentiremus, ꝙ in vitro sunt foramina, per quæ trāsit radius, iam vtiq; existimaremus, ꝙ illuminatio est hunc in modum, quemadmodum existimauerunt nonnulli: & si sentiremus, esset hoc cognitum nobis per se, & transiret intellectus
C ab hoc sensibili ad causam vniuersalem in hoc: & propterea diximus, ꝙ cui deficit sensus aliquis, eidem deficit aliquod genus scientiæ.

184 Dixit: Fieri autē non pōt, vt propositiones omnium specierū syllogismorum sint vnæ eędem. primo quidem, cùm ponimus speculationem nostram in hoc sm viam logicam & intentionem vlem: secundo autem, cùm ponimus speculationē nostram in hoc speculationem appropriatam. Si per viam quidem logices, planum ꝙ omnis syllogismus, aut concludit cōclusionem falsam, G aut veram, quodque conclusio vera erit vtique per se ex propositionibus veris, & falsa ex propositionibus falsis: cumq; in omni syllogismo propositiones sint aut veræ, aut falsæ, planum, ꝙ fieri nō potest, vt propositiones veræ & falsæ sint eædem, ergo non sunt omnis syllogismi propositiones vnæ.

Iam igitur declaratum est, ꝙ syllogismi, quorū propositiones sunt falsæ, nō possunt hre propositiones vnas: conclusiones. n. falsæ sunt contrariæ: & cōtraria non possunt concludi nisi ex propositionibus cōtrarijs: & si non, possibile est, vt inueniantur duo contraria vnius: fieri autē non potest, vt inueniatur syllogismus vnus & idem, ꝙ homo est equus, & ꝙ homo est bos, aut ꝙ concludatur, ꝙ æquale est paruum & magnum. sequitur. n. ex necessitate, ꝙ varientur syllogismi concludentes huiuscemodi propositiones: cūque variantur syllogismi, variabuntur vtiq; & principia ipsorum. 185 E

Iamq; monstratum fuit, ꝙ principia syllogismorum verorū non sunt vna & eadē ex dispositionibus substantialibus ipsis: & hæc est mōstratio appropriata, quæ intenditur ad hunc modum. & hoc, quoniam oportet vt principia, quæ inueniuntur in generibus diuersis sm naturam, non posita sub seinuicē, sint & ipsa consimiliter diuersa per se. vt in exemplo, quoniam vnitates sunt diuersæ sm naturam à punctis, propterea ꝙ vnitates non habent situm, sed puncta habent situm, sequitur ex necessitate, vt demonstrationes, quæ sunt super vno duorum generum istorum, sint diuersæ à demonstrationibus, 186 F

quæ

quæ conſtituuntur ſuper altero genere. qm̃, ſi conſentiunt, nihil prohibet, quin ſit conſenſus in eo, ꝙ aliquid ex ipſis ſit in ſcientia vna per ſe poſitū in ſcientia ſecūda, ſiue terminus medius ſit inter duos terminos, ſiue ſubijciatur alicui, aut prædicet̃ de aliquo ex eo, quod eſt in hoc de ſciētia altera, hoc eſt aut extremitas maior aut minor. & hoc, ſiue conueniat ſitus ipſius in duabus ſcientijs ſimul, ſiue diuerſificetur: quemadmodum, ſi ſit in vna ipſarum terminus medius, & non extremitas, & in altera extremitas maior, aut è conH uerſo. Planum. n. ꝙ punctus nō erit terminus medi⁹ in ſyllogiſmo computatiuo, neque extremitas maior, neq; minor, neq; per modum conſenſus, neq; per modum diuerſificationis. quemadmodum, ꝙ ſit terminus medius in ſcientia Computatiua & Geometria ſimul, aut ꝙ ſit terminus minor in vna ipſarum & medius in altera, ſed appropriatur vni duorum ſyllogiſmorum tantum.

187 Et hoc, qm̃ quod ſequitur ꝑ propoſitiones appropriatas, ſequit̃ per ſe per propoſitiones vl'es, hoc eſt in eo ꝙ ſunt aliquo pacto diuerſæ ex duabus rebus, quarum vna eſt, qm̃ I propoſitiones vl'es pertractantur in vnaquaq; ſcientia cōpoſita per propōnes appropriatas huic ſcientię. vt in exemplo, propoſitio dicens, ꝙ æqualia alicui vni ſunt æqualia, pertractatur à Computatiua referente ad hoc, ꝙ eſt numerus æqualis huic numero, & à Geometria, ꝙ hæc linea eſt æqualis huic lineæ: res autē ſecunda eſt, qm̃ vnaquæq; ipſarum deſcendere facit ipſam & appropinquare ſubiecto ſuo. Arithmeticus n. dicit, ꝙ numeri æquales numero vni ſunt æquales, & Geometra dicit, ꝙ lineæ æquales lineæ vni ſunt æquales, & ad huius ſimilitudinem in reliquis propoſitionibus vl'ibus. & hoc eſt vnum, ex quo apparet, ꝙ oportet propoſitiones exiſtentes in ſcientijs diuerſis eſſe diuerſas. K

Sed iam apparet hoc conſiſt ēt ex eo, ꝙ oportet propoſitiones eſſe propinquas numero concluſionibus. & hoc, qm̃ ipſæ augentur per terminū vnum, qui eſt terminus medius, & ipſe eſt ſubiectum, aut inter ambas extremitates, aut extra ipſas, & qm̃ fieri pōt, vt concluſiones ſint infinitæ, ſequitur, vt propoſitiones ēt ſint infinitæ. ꝙ ſi propōnes ſcientiarum eſſent vnæ & eædem, ſequeretur, vt eſſēt determinatæ numero & finitę. 188 L 189 190

Ea. n. in quibus cōicant multa, oportet eſſe cum hac diſpōne determinati numeri. quemadmodum literę alphabeti in ſcriptura, & in ſumma, ſi aliquis diceret, ꝙ principia ſunt vna & eadem in oībus ſcientijs & ſigillatim non vl'ia, & ꝙ ſcientiæ cognoſcūtur de entibus, ſequeret̃ vtique ꝙ entia ſunt vna & eadē, quodque ars demonſtratiua ſit ars vna, quodq; mōſtratur quodcunq; quęſitum per quamcunq; artem, quod eſt impoſſibile. neq; poteſt aliquis dicere, ꝙ hic ſunt principia vl'ia immediata, quæ cōicantur generi vni, & principia appropriata, quæ componuntur in vnaquaq; ſpecie ex eo, qđ eſt ſub hoc genere, quæ ſunt principia vl'ia. ſi. n. eſſet res ita, omnes artes ſpeculatiuæ eſſent partes artis vnius: res aūt non eſt ita, ſed artes diuerſæ per genera prima ſunt diuerſæ, ita vt non fiat tranſitus ad genus altum comprehendens ipſas, quouſque diuidatur per ipſas hoc genus 191 M

diui-

A diuisione generis alti ĩ species suas,
19 quæ ponũtur sub ipso. Iam igitur declaratum est, ꝙ eorum, quorum genera sunt diuersa, sequitur ꝙ genera principiorum sunt diuersa. & hoc, quoniam principia dicuntur duobus modis, quorũ vnus est, vt monstrentur per ipsa quæsita multa in artibus multis, sed non secundum ꝙ insunt generi comprehendenti has artes, sed secundum ꝙ sunt elementa principiorũ, quemadmodum propositio dicẽs, ꝙ affirmatio & negatio diuidunt verum & falsum in oĩbus rebus: via aũt secunda est principiorũ appropriatorũ, &
B si non inuenitur cõicatio per vnum modorum pluribus artibus vna.

193 De principijs vero vniuersalibus dixit Arist. ꝙ ex ipsis est demonstratio in vnaquaq; arte: ipsa enim nõ sunt eadem, quæ pertractentur in qualibet arte, sed potentia ipsorum pertractatur, de principijs vero appropriatis dixit, ꝙ per ipsa est demõstratio vna per se, quoniã sunt partes demonstrationum per se.

194 Dixit: Scientia aũt differt ab opinione vera, quoniam scientia est de re vniuersali necessaria, & per terminos medios necessarios. necessarium aũt est res,
C quæ est secundum dispositionẽ quandam, & fieri non põt, vt sit in contrarium illius dispositionis: opinio aũt vera est primo per se de rebus possibilibus. & hoc, quoniam sunt hic aliqua vera & existentia, nisi ꝙ possunt esse in contrarium eius quo sunt, manifestum fieri nõ potest, vt de his sit scientia, quoniam scientia est, cùm existimatur de re existente, ꝙ fieri non possit, vt sit in contrarium eius quo est: si enim esset scientia de hoc, illud quod potest se habere in contrariũ eius quo est, non posset se habere in contrarium eius quo est. Quod cùm ita
D sit, & sint res, de quibus dicitur intel- 195
lectus, & scientia, & opinio, opinionis autem aliqua est vera & aliqua falsa, & vera est secundum hanc naturam, vt non possimus assequi ipsam propter intellectum, hoc est per potentiam intellectus, qua assequimur propositiones primas necessarias, & non propter scientiam, quoniam subiectum vtrunque est ens necessarium. & consimiliter fieri non potest, vt assequamur enunciationem necessariam propter existimationẽ falsam, relinquitur ergo, vt sit enunciatio de istis entibus propter existimationem veram, hoc est, quę inue- E
nitur in actu, & potest inueniri in oppositum eius quo est, & hæc est opinio terminorum mediorum cũ hac dispositione, & conclusio consequens ex ipsis est cum hac dispositione, hoc est, non necessaria.

Et definitio opinionis consentit 196
huic naturæ. & hoc, quoniam opinio aut est vt existimemus de aliquo, ꝙ est ita, aut non est ita, simul cũ eo, ꝙ existimemus de ipso, ꝙ potest esse in cõtrarium huius, & hoc non potest existimari secundum id, quo existimatur de ipso, ꝙ non potest esse in contrarium eius quo est. F

Quoniam hęc assertio est opinio, non 197
cum scientia. sequitur itaque, vt ea, quę sunt cũ hac existimatione, hoc est possibilia, sint subiecta opinionis primo & per se, pręterquam ꝙ inueniemus nobis cõsimiliter etiam accidere opinionem verã in rebus necessarijs. Et propterea posset aliquis 198
dicere, ꝙ opinio & sciẽtia sunt vnũ, quoniam sunt ad vnũ consequens. & hoc, quoniam in omni, in quo prouenit homini scientia, põt in eo proue-

G prouenire alteri opinio, siue hæc scientia sit, in qua cadit scitũ per se, siue per medium, siue consequatur per medium ex capitulo, pp quid est res, siue ex capitulo, si est res.

199 Dicamus ergo, si fuerit opinio opinantis de rebus necessarijs in existentia ꝭm hanc dispositionem, & hoc, ꝙ existimet de ipsis, quòd sunt, quodq; ipsa possunt esse in contrarium eius quo sunt, hęc vtiq; existimatio est scĩa de hac re, nõ opinio, & hoc erit, cum nouerit simul cum hoc, ꝙ ista entia sunt vera, ꝙ sunt essentialia & substantialia: & cùm opi-
H natus fuerit de ipsis reb⁹ necessarijs, ꝙ sunt veræ tm̃, hoc erit, cùm nõ nouerit ex dispõne ipsorum, ꝙ sunt essentiales & necessariæ, apud vtiq; ipsum erit opinio vera tm̃, siue res, q̃ scitur per hunc modum, sciatur per medium, aut sine medio, cùm fuerit subiectũ scientiæ & opinionis vnũ, & per hũc modum sunt separata, & non sequitur ex eo ꝙ opinio & sciẽtia sunt de re vna, vt sint res vna: opinio nanq; vera & falsa erunt vtique de re vna, & vtrunq; ipsorum diuersificatur ab altero per essentiam.

Et consilr se habet dispositio de
200 scientia & opinione vera, qm̃ vnum
I & idem dr̃ multis modis. opinio nanque vera & scientia sunt vnum ꝭm intentionem, qua dicitur de ipsis nomen vnius, & non sunt vnum secundam intentionem vnã. & hoc, quoniam ipsa sunt vnũ subiecto, & non sunt vnum per opinionem, vt in exẽplo, si aliquis opinaretur, ꝙ diameter est commensurabilis lateri, existimauit vtiq; existimatione falsa, & qui opinatus est non esse commensurabilem lateri propter res possibiles, opinatus est opinione vera: qui vero opinatus est non commensurabilem esse propter res necessarias, opinatus vtique est scientia vera. K

Cumq; scientia & opinio possint esse vnum subiecto, non autem opinione, planum vtiq;, ꝙ fieri non potest, vt vnus de re vna credat fieri nõ posse, vt sit in contrarium eius quo est, & credat fieri posse, vt sit per contrarium eius quo est, quoniam hoc est impossibile: ꝙ si hoc esset apud duos de re vna, esset vtiq; possibile, hoc est, ꝙ vnus ipsorum haberet opinionem veram, & alter sciẽtiam: iam igitur declarata est differentia inter scientiam & opinionem. 201 L

De reliquis vero potentijs animæ rationalis, quæ sunt cognitio, & intellectus, & scientia, & ars, & prudentia, & sapientia, partim speculatur artifex naturalis, & partim artifex scientiæ operatiuæ, quæ est scientia morum. Subtilitas vero & bonitas sensationis opinatiuæ est casus super termino medio, hoc est excitatio ipsius in tempore paruo. vt in exemplo, si quispiam videret, ꝙ illud, quod sequitur Solem, est illuminatũ, cito animaduertit causam illuminationis suæ, quod est, esse à parte Solis. & consimiliter, si aliquis videret hominem loquentem cum alio, quorum vnus est diues & alius pauper, sensit, quòd ipse vtique loquitur cum eo, vt ab ipso fœneretur aliquid: & consimiliter, si videret duos odio insequi aliquem, sensit quòd sunt amici. 202 M

Auerrois Mediæ expositionis Tractatus Primi Posteriorum resolutoriorum finis.

Auerrois

AVERROIS MEDIÆ EXPOSIT. In Lib. Demonstrationis Aristotelis

TRACTATVS II.

1 Dixit: Quòd quæsitorum est idem numerus cum ijs, quæ sciuntur. & hoc, quia nos vtiq; scimus ad vltimū ea, quæ quæruntur: & quęsita in summa sunt numero qua-
B tuor, duo cōposita, & duo simplicia: & prius quidē compositorū est, vt quæram⁹, an hoc insit huic. veluti, si quæramus, an Sol cito obscuret̄, an non. & est quæsitū an est, cōpositū: quæsitū vero scdm ē, quare hoc insit huic. quēadmodū, si interrogaretur pp quid Sol obscuratur. & hoc quæsitum scdm erit vtiq; post prius, hoc est, qm̄ quæremus vtiq; de subiecto, cui inest hoc prædicatum, pp quid inest ipsi, posteaq̄ mōstrauerimus prædicatū istud inesse illi: & hęc sunt duo q̄sita cōposita.

2 Quæsita vero separata ea sunt,
C quorum vnum quærit existentiam rei non in aliquo, & est quęsitum separatum: quemadmodū, si quęreremus, an vacuum sit, aut non sit.

3 Quęsitu vero scdm est, per quod quærimus scientiam quęsiti huius: & est quęstio quid est hoc, qđ monstratum fuit esse: omnia igitur quęsita, quæ eadem sunt conclusionibus veris, sunt in genere quatuor.

4 Signum aūt, ꝙ ipsa sunt quæsita nobis per naturam, qm̄ cùm itererimus sup ipsis quiescimus à qōne. nos. n. non quæremus ipsa, cū extiterint apud nos per se nota: & hoc D
manifestū: qm̄, cùm quæremus an hoc prædicatū inest huic subiecto, quę est quęstio si est cōposita, nos vtiq; inuestigabim⁹ exn̄tiā termini medij, p quē monstrat̄, ꝙ hoc prædicatū inest huic subiecto, aut nō inest: & consil̄r, cùm quęsiuerimus, an res sit simpl̄r, inuestigabimus vtiq; exn̄tiam termini medij, qua verificatur nobis exn̄tia rei istius simpliciter, aut ablationem ipsius.

Planū autem, qm̄ cùm verifica- 5
tū nobis fuerit, hoc inesse huic, aut ꝙ est simpl̄r p id, ꝙ inuenimus terminum medium, mōstratū nobis E
est, qđ quęrebamus, si non erit iste terminus medius aliqua causarum rei simpl̄r, & hoc in re separata: qm̄ post hoc quęremus per quæsitum compositum, propter quid ipsum est, & per separatū, quid ipsum est.

Manifestum aūt, ꝙ hæc qō nō est 6
alia à qōne cognitionis termini medij, qđ est in vtrisq; p̄dicatis simul, hoc est in quæsito cōposito & separato. vt in exēplo, qm̄, cū quęrimus, an Luna obscuret̄ an nō, quærimus vtiq; terminū mediū, quo sciamus obscuritatē ipsi inesse: cumq; verificatum nobis fuerit obscuritatem F
illi inesse per inuentionem termini medij, & terminus medius non fuerit cā obscuritatis ipsius, quæremus post hoc pp quid obscurat̄: hoc autem nō est aliquid amplius, q̄ quærere cognitionem, quid sit terminus medius f̄m naturā, q̄ est cā, ob quā est obscuritas. & cōil̄r se habet res in quæsito separato, quēadmodū, si quæramus an aīal sit, qm̄ qō ista indicat qōnem termini medij, per quē monstretur aīal esse: cūq; mōstratū fuerit ipsum esse, quæremus

G post hoc, quid ipsum sit, & non est hoc amplius, q̃ quęstio, quid sit terminus medius, qui est causa, quare ipsum sit simpliciter. oportet igitur ĩ oĩbus quæsitis, vt speculemur de termino medio binas istas speculationes, hoc est, ꝙ sit, & quid sit.

7 Iamq; declaratũ fuit, ꝙ binæ istæ qõnes q̃runtur de terminis medijs, qm̃, cùm manifestus fuerit ad sensum terminus medius, & sciuerim⁹ ex dispõne ipsius duo hæc .i. esse, & quid est, nos nõ quęremus de re ista sciam penitus. vt in exẽplo, si nos sentiremus cãm obscurationis Lu-
H næ, hoc est, ꝙ ipsa cadit per pyramidẽ vmbrę, non quæreremus de ipsa, si obscuratur, neq; ꝓpter quid obscuratur. Neq; intelligo per hoc, ꝙ per sensum ꝓueniat nobis vl'e de hac causa, sed volo, ꝙ à sensu venemur rem vniuersalem, non à syllogismo: ex dispõne vero quæstionis quid est, & propter quid est, apparet, ꝙ habent potentiam quęstionis vnius, quodq; cognitio per ipsa est cognitio de re vna ĩ locis plurimis, & hoc, quoniã, cum nos quęrimus, quid est obscuratio inexistens Lunæ, dicimus, ꝙ est priuatio luminis
I proueniẽs ipsi à Sole propterea ꝙ stet terra inter ipsum & Solem: & cùm quærimus ꝓpter quid obscuratur? dicimus, qm̃ lumen ipsius aufertur cùm eo, ꝙ consistit terra inter ipsam & Solem: & potentia istarum duarum responsionũ in re est vna, & in vtraque duarum quęstionũ oportet præmitti cognitio existentiæ, quemadmodum diximus.

8 Iam vero declaratum fuit ex hoc sermone, ꝙ quæsitorum aliqua sunt separata, & aliqua cõposita, & declaratum est etiã, ꝙ oportet nos in
K omnib' quæsitis quærere de termino medio duo, quia ipse est, & cognitionem quid sit: & manifestum etiam, ꝙ cognitiones de eo, quod ẽ quid, & de eo, quod est ꝓpter quid, erunt de vno & eodem. Postea vero q̃ diximus iam de via, per quam deuenimus in constitutionẽ existentiæ rei per demonstrationem de causa existentię ipsius, dicimus de via, per quã coaptamur ad constituendam essentiam rei, quæ est definitio, & cognoscendũ quid est definitio, & qualibus insunt definitiones.

9 Et ante hoc oportet, vt inuestigemus de eo, qđ consueuit præcedere L
ei, qđ volumus dicere, & est, ꝙ oẽ illud, quod scitur per demr̃onem ipsam, est idem, quod scitur per definitionem, quousq; sit scĩa de ipsis simul ex parte vna: si vero oĩa non sunt cum hac dispõne, an fieri possit, vt sciatur aliquid per demonstrationẽ, ac definitionẽ simul ex parte vna, an non sit in hac dispositione.

Quòd autem fieri non possit, vt omnia sciantur per demonstrationem & definitionem ex parte vna, 10
manifestum ex eo, ꝙ non omne, de quo est demonstratio, habet definitionem, neq; de omni eo, quod habet definitionem, est demõstratio. M
Quòd igitur non oẽ illud, de quo est demonstratio, habeat definitionem, manifestum est ex eo, ꝙ demonstrationes vtiq; concludunt affirmatiuas & negatiuas, definitio autem non facit scire aliquid negatiuum, sed facit scire essentiã. Amplius, quoniam per demonstrationẽ acquirimus scientiam particularẽ, & hoc in ijs, quæ complicãtur in tertia figura, definitio autem est vl'is.

Quòd autem non oẽ illud, quod 15
habet

A habet definitionem, habeat demon
strationem, monstrat ex eo, ꝙ prin-
cipia demonstrationum declarãtur
vtiq; ꝑꝑ definitionem, & nõ decla-
rantur propter demonstrationem.
qm̃, si principia demonstrationum
indigerent demõstratione, non esset
demonstratio penitus, quemadmo-
dum prædictũ fuit: ergo iam mon-
stratum est ex hoc, qm̃ non omne,
qđ habet demonstrationem, habet
definitionem, quodq; nõ omne id,
qđ habet definitionẽ, habet demr̃o-
nem: igitur non omne illud, quod
potest sciri per demr̃onem, potest
B sciri per definitionem ex parte vna.
14 Quodq; fieri non potest, vt inue-
niatur aliquid vnum cũ hac dispõ-
ne, hoc est, quod sciatur per defini-
tionem ac demõstrationẽ simul ex
parte vna, hoc mõstratur ꝑ modos,
quorum vnus est, quoniam notum
est per se, quòd illud, cuius via est,
vt ostẽdatur per demõstrationem,
non potest mõstrari per aliud à de-
monstratione: qm̃ si esset aliquid,
quod ostenderetur per definitionẽ
ac demõstrationem, illud vtiq;, cu-
ius via esset, vt ostẽderetur ꝑ demõ-
strationem, mõstraretur per aliud
C à demõstratione, quod est impoſe.
11 Iamq; ostenditur hoc per viã in-
ductiuam, & hoc, qm̃ cum nos in-
ducimus ea, quę scimus per demon-
strationem, nõ inueniemus aliquid
ipsorum manifestũ nobis fieri per
viam definitionis, siue fuerint hæc
ex iis, quę sunt per se, siue accidẽtia.
12 Amplius, qm̃ definitio vtiq; docet
nos substãtiam rei, demr̃ones vero
docẽt nos ea, q̃ sunt extra substãtiã
rei, quæ sunt accidẽtia substãtialia.
15 Amplius, qm̃ artes ponunt defini-
tiones positiones, & admittũt ipsas
inesse definito, & habent conditio- D
nem, vt monstrent ipsas inesse defi-
nito: quẽadmodũ ponit Arithmeti-
cus definitionẽ vnitatis & imparis.
Amplius, qm̃ demonstrationum 16
compositio est per modum prædi-
cationis, definitionum vero cõpo-
sitio est per modum conditionis &
ligamenti. quoniam, cùm dicimus
de homine, quòd est animal ambu-
lans, bipes, recte stans, non prædica
tur vna partium istius orationis de
sibi cõiuncta, partes vero demõstra-
tionum pręd icantur de seinuicem.
Neque definitio diuersificatã de- 17
mr̃one eo modo, quo diuersificatur 18
intentio vl̃is ab intentione, quæ po- E
nitur sub ipsa, hoc est appropriata,
eo, ꝙ diuersificatur demr̃o à demõ-
stratione cũ hac dispõne. vt in exẽ-
plo, demonstratio, quæ cõstituitur
de triangulo æquicrure, ꝙ habet an-
gulos æquales duobus rectis, com-
prehenditur & ponitur sub demr̃o-
ne vniuersali, qua ostenditur per de
monstrationẽ intentio hæc de triã-
gulo simpliciter: quoniam, si defi-
nitio diuersificaretur à demr̃one, se
cũdum hãc speciem, ponerẽtur sub-
iecta ipsarum sub seinuicem, & esset
vnum & idem fm̃ partem vniuer- F
salius parte, quod est impossibile.
Et propterea demonstratio, ac de- 19
finitio non diuersificantã seinuicẽ
in eo, ꝙ vna ipsarũ ponatur sub al-
tera, neq; est scĩa proueniẽs ex ipsis
scientia vna de re vna ex parte vna.
Postea vero q̃ declaratũ iam fuit, 20
ꝙ demr̃o non est definitio, quodq;
scientia proueniens ex vna ipsarum
non est scĩa proueniens ex altera,
consideremus de via, per quam apte
ipsam venari possumus: & dicam⁹,
manifestum esse, ꝙ fieri non potest,

G vt rei definitio ondatur per demrone, qm demro est sylls, & sylls vtiq; est per mediu, & definitio rei conuertitur cum ipsa, & prædicat de ea per viam quid est. sequitur autẽ in termino medio, vt aliquis per ipsũ velit concludere, ꝙ maior extremitas sit definitio minoris: quodq; terminus medius conuertatur cõsimiliter etiã cũ definito, quodq; ꝓdicet de ipso per viam quid est, & ęqualiter, & maior prædicetur de medio ꝑ viam quid est, & æqualiter quoq;.

21 Qm, si nõ positę fuerint ambę istæ cõditiones in prędicatione maioris H de medio, & medij de minore, non sequetur ex hoc, vt maior sit definitio minoris, sed sequetur vtique ex hoc, cùm non fuerint positæ ĩ duabus propositionibus, aut in vna ipsarum ambæ istæ cõditiones, ꝙ maior extremitas insit minori tãtum.

22 Pręterq̃, ꝙ oportet eũ, qui facit hoc, vt petat quęsitum primum, hoc est, ꝙ ponat cõditionẽ in termino medio, vt ꝓdicetur de minore extremitate per viã quid est, & æqualiter, & eodem pacto maior de medio per viam quid est, & æqualiter, hoc est definitionẽ. vt in exẽplo, si mõstraret aliquis, ꝙ definitio animę est nu- I merus motus seipsum mouẽs (quẽadmodum Platoni visum fuit) qm aĩa est causa vitæ per se, qm ex duabus definitionib⁹, quæ sunt cũ hac dispõne, si accipiatur vtraq; ipsarũ in rñsione quid est, loco suæ sociæ, & potentia ipsarum fuerit potentia definitionis vnius, habebunt interpretationes diuersas: qui igitur posuerit vnam ipsarum in mrone alterius, petet vtiq; quæsitũ primum.

Dixit: Neq; consilr etiam via diui- 23 sionis confert, vt rõcinemur ex ipsa, hoc est, vt ꝓdeat per ipsum aliquid K ignotum ab aliquo noto, quemadmodum declaratũ fuit in libro Syllogismi, qm conclusio nõ debet poni in syllo, eo ꝙ admittitur, sed per viã, qua sequitur ex aliquibus, q̃ accipiuntur concessa in syllo. diuisio autẽ, ex qua cõponitur, & illa, quæ ponuntur in ipsa, sunt ſm viã vnã: hoc est, qm si non admittantur & ponantur, non cadet manifestatio in ipsis. exemplũ huius, cùm fuerimus solliciti ad mõstrandum ꝑ diuisionem, ꝙ oĩs homo est aĩal ambulans bipes per viã admissionis ad partes istius orõnis, q̃remus, an nõ L homo aĩal, an non oĩs homo aĩal: cumq; admiserimus hoc ab eo, ponemus ipsũ, deinde quæremus post hoc, an sit ambulãs, aut natãs: cũq; admiserimus ab ipso, ꝙ ẽ ambulãs, quęremus post hoc, an sit bipes, aut multipes: cũq; admiserimus, ꝙ est bipes, cõplicabimus oẽ id, qđ admisimus, & dicem⁹, ꝙ ipse est animal, ambulãs, bipes. hoc aũt nõ est aliud ab ijs, quę concessit esse, præterq̃ ꝙ licet via diuisionis non sit sylls, confert tñ ad bonitatẽ sylli: & hoc, qm fieri potest, vt cõsistamus super oĩbus, quæ possunt inesse alicui ꝑ viã M sylli, aut non inesse. vt in exemplo, si dicamus, ꝙ nihil prohibet, quin hõ sit aĩal, aut non aĩal. deinde si est aĩal, nihil prohibet, quin sit ambulans, aut non ambulãs: deinde si est ambulans, nihil ꝓhibet, quin sit bipes, aut multipes: & si mõstrauerimus per terminum medium, ꝙ est aĩal, non autẽ non aĩal, monstrabimus consilr etiam per terminũ medium, ꝙ est ambulans, non autẽ nõ ambulans: cumq; monstrauerimus hoc, monstrabimus itidẽ per terminum

A num mediũ, ꝙ est ambulans bipes, & cōponetur nobis ex cōclusionib⁹ istorum syllorum definitio hoīs, q̄ est, ꝙ homo est aīal ambulans bipes. & propterea nemo ꝓhibet, qn prędicetur totũ illud, quod acquiritur ꝑ diuisionē de hoīe, exēpli gratia, aut de alio per viā quid est, præterq̄ ꝙ non erit poſſe hoc semper.

24 Atq; efficietur hoc in tēpore, quo erunt genera diuisa cognita de re, de qua prędicantur, & erunt diuisa in differentias, in quas diuiduntur diuisione, in qua nō accidit error ex eo, ꝙ nō additur diuisis aliquid, qđ

B nō est in ipsis, aut deficit ex ipsis aliquid, qđ est in ipsis, aut peccat diuidēs diuisione ex drijs primis ad nō primas, quēadmodum cōmittitur error in diuisione aīalis in ambulās & natās, eo ꝙ ipsum diuidatur in bipes & multipes: cùm vero conceditur, ꝙ gen⁹ diuisum inest illi, cuius q̄ritur definitio, & nō cadit in ipsa aliquid erroris & trāsit⁹, quousq; perficiatur in hoc ad speciem, cuius intēditur definitio, iam prodibit definitio per viā diuisionis ex necessitate.

25 Pręterq̄ ꝙ scientia proueniens ex

C ipsa per hunc modũ, nō est ex syllo, neque ex specie sciæ prouenietis per syllm, sed prouenit per viā aliam à via sylli, quæ est per se sciētia alia à scia proueniente per syllm. quemadmodum scia proueniens ꝑ inductionem, nō est scientia proueniens per syllm, neq; ex specie sciētiæ per syllm, sed est modus simitudinis inter ipsa: qm̄ quemadmodum homo indiget inuētione cōclusionis, quā ponit absq; termino medio, & non cā per inuentionē causæ & termini medij ipsius, cùm quęritur sup hoc, ita qui facit diuisionem indiget ser-

mone cōposito ex ipsa, cũ posuerit D

ipsum absque diuisione in eo, ꝙ adducet ꝑ hoc diuisionem, cùm quæsitum fuerit consilr etiā super cā hac. quemadmodum, si aliquis poneret, ꝙ hō est aīal rōnale mortale, & diceremus, pp quid est animal rōnale mortale? & diceret, qm̄ nihil prohibet, ꝙ omne aīal sit aut rationale, aut irrationale, & hō nō est irrationale, igitur est rōnale. & nihil prohibet, quin omne rōnale sit aut mortale, aut nō mortale: sed hō non est non mortale: igitur est mortale: & hæc est via probationis per diuisionem, & rñsionis apud interrogantē, E

& similitudo inter ipsam & syllm.

Iamq; declaratum fuit ex hoc sermone, ꝙ definitio acquiri pōt per 26

viā diuisionis, quodq; non pōt acquiri per viā demrōnis simplicis oīno. Dixit: Neq; cōstruitur definitio in eo, ꝙ accipitur descriptio ipsius, quę est, exempli gratia, orō breuis notificans substātiā rei, & essentiā ipsius.

Et ponetur ꝓpositio maior in syl- 27

logismo, quemadmodum, si diceretur, hō est animal rōnale mortale, & hęc est orō breuis notificans substantiam rei, & essentiā ipsius: igitur F

hæc oratio est definitio hominis, & hoc, qm̄ qui facit hoc, iam petit ꝑdicationem definitiōis de homine. & hoc, qm̄ terminus medius est definitio, & minor est definitũ: igitur ē definitio de definito: ꝙ si non fuerit per se manifestũ hanc definitionem inesse homini, non admittetur vtilitas in hoc syllo: & quemadmodum definitio sylli non accipitur ad mōstrandum, ꝙ hæc orō est sylls, cùm dicitur in ipso, ꝙ propertio vnius propōnum suarũ ad alterā est proportio totius ad partem, consilr nō

G accipit̃ definitio definitionis ad mõstrandũ, ꝙ hæc oratio est definitio, sed oportet, vt definitiones ipsorum sint apud nos promptæ, vt contradicamus illi, qui gloriatur exẽpli gratia in hac orõne, ꝙ est syllꝰ, qui non est syllꝰ, & in hac oratione, ꝙ est definitio, q̃ non est definitio: & doceamus ꝙ est syllꝰ, qm̃ definitio syllogismi coaptatur ipsi, & similiter doceamus, ꝙ est definitio, qm̃ definitio definitionis accommodatur ipsi.

28 Fieri ẽt non potest, vt cõstruamus definitionem per syllꝰos, qui sunt ſm viam syllogismi cõditionalis, & hoc

H in rebus oppositis cõtrarijs, quemadmodum, cũ dr̃, si esset essentia mali & definitio ipsius, ꝙ est res diuisibilis per se & variabilis, oporteret vtique, vt esset definitio boni, ꝙ est res indiuisibilis & inalterabilis per se: & hoc, quoniã oportet definitiones contrariorum contrarias esse.

29 Qm̃, qui procedet consilr̃ ẽt hoc processu ad acquirendam definitionem, ipse vtiq; petet definitionẽ: & hoc, qm̃ apparet, ꝙ scientia in definitionibus contrariorũ & ignorantia in ipsis est ſm modum vnum: & si esset definitio vnius duorũ cõtra-

I riorum ignota, altera vtiq; esset ignota, & si esset nota, esset vtique nota.

30 Et insuper, si admiserimus, ꝙ definitio vna duorũ contrariorũ sit notior, nõ accidet hoc in omni loco: & ꝓpea oportet eum, qui ponit, ꝙ ꝑ definitionẽ procedit definitio semꝑ & in omni loco, vt petat super definitionẽ, & nõ accidit de petitione suꝑ definitione in demr̃one illud, qđ accidit de petitione super definitione in acquirẽda definitione: qm̃ quod sequitur ex demr̃one non est definitio, sed est, ꝙ aliquid inest alicui, & ꝓpea non est inconueniens in eo, ꝙ K petit̃ in syllꝰo super definitionibus, hoc est, ꝙ ponãtur propõnes ipsius definitiones, aut aliquę, aut omnes.

Iam vero accidit dubitatio in ambabus vijs simul, hoc est in mr̃one 31 definitionis per viã diuisionis, & in mr̃one eiusdẽ per syllm̃ conditionalem: per syllm̃ quidem conditionalem, ex eo quod diximꝰ, per viã aũt diuisionis, qm̃ non sequitur, cũ prędicauerimus de hoĩe, ꝙ est aĩal prędicatione separata, & ꝙ est ambulãs prędicatione separata, & ꝙ est bipes prędicatione separata, vt verificẽtur cõposita, quemadmodum prædictũ L fuit in lib. de Interpretatione, & hoc: qm̃ de hoĩe verificat̃, ꝙ est musicus, & verificatur de ipso, ꝙ est bonus, & nõ verificatur de ipso, ꝙ est musicus bonus semper. qđ cũ ita sit, quõ igit̃ fieri põt, vt monstretur definitio, si mõstratio ipsius non põt esse ex genere mõstrationis rerũ occultarum ex necessitate ex rebus manifestis: qm̃ ostensio, quę est cum hac dispõne, est ostẽsio per demr̃onem, iamq; declaratũ fuit, ꝙ definitio non ostenditur per demr̃onem. Neq; consilr̃ ẽt fieri potest, vt ostendatur definitio per inductionem: qm̃ inductio M vtiq; est monstratio rei vl̃is de oĩbus suis partibus, sed definitiones non sunt de rebus particularibus, ac si diceres, ꝙ monstrentur per res particulares. Amplius, qm̃ per inductionẽ mõstratur aliquid inesse alicui, hoc est orõne prædicatiua, sed definitio est oratio constructa super substantia rei. Et, posteaquã non ostẽditur definitio, neq; per syllogismum, neque per inductionem, neq; per diuisionem, existimauerunt vtiq;, ꝙ nõ superfit hic modus, per quem ostendatur

A datur definitio, cũ nõ sit ex rebus sensibilibus, & mõstretur per designationem: & hoc est vnum ex ijs, quæ adducũt nobis dubitationẽ in via, quã cõstituimur sup definitionib⁹.

32 Amplius, qm̃ in hoc est dubiũ alterũ, qđ nõ est inferius isto: & hoc, qm̃ qui sollicitus fuerit, vt monstret definitionẽ alicuius, oportet eũ scire ante hoc, ꝙ hæc res sit, qm̃ fieri non põt, vt aliquis dicat de aliquo quid est, cuius nõ nouerit existẽtiam, nisi dicat hoc per modũ expõnis declarãtis nomen, quemadmodũ, qui dicit de hircoceruo, ꝙ hæc dictio significat aĩal cõpositũ ex hirco & ceruo,
B & huiuscemodi orões de rebus, q̃ ignorantur an sint, sunt orationes exponentes, non aũt definitiones. & si fuerit ex cõdõne definitionis, ꝙ insit definito, & hoc erit, cum fuerit definitum existens, sequitur, vt sit scientia de definitione scientia vna cõprehendens duo diuersa, quorum vnũ est essentia rei, & alterum, ꝙ sit existens, sed hoc est inconueniens.

33 Iam.n. declaratum fuit, ꝙ sciẽtia de essentia rei, & sciẽtia de existẽtia sunt duo diuersa, cùm cõsideratur, quomodo est dispositio efficiẽdi has
C duas cognitiones in sciẽtijs: & hoc, qm̃ ipsæ ostendunt per demonstrationem, ꝙ res est, sed definitio rei est intentio ponẽs ipsum positione: deinde extrahitur per demõstrationem ostensio existentiæ ipsius. vt in exemplo, ars Geometriæ ponit definitionem triãguli, & circuli, deinde addit per demonstrationem ostensionem existentiæ ipsius.

34 Iamq; manifestũ est hoc ex dispõne definitionũ p se, & hoc, qm̃ intẽtio definitionis rei, & intẽtio, ꝙ est, sunt duo diuersa. qđ cùm ita sit, nõ
D cõprehendit qđ intelligitur ex mõstratione definitiõis, ꝙ ipsa insit definito. vt in exẽplo, cũ aliquis declarauerit, ꝙ circulus est figura plana, in cuius medio est punctus, à quo oẽs lineæ exeuntes ad circunferentiã sunt æquales, ecce nõ monstratum fuit adhuc in hac definitione, ꝙ circulus est, cùm iam fieri possit, vt coaptetur definitio hæc æri & lapidi.

Si vero posuerimus res in definitionibus ſm hoc, sequetur apud nos aliquid absurdi, & hoc, qm̃, cũ definitiones nõ comprehendũt, ꝙ ipsæ insunt definito, sunt p notificationem noĩum per se: qđ est absurdum 35
E duobus modis, per modum quidẽ vnum in eo, ꝙ sunt definita de eo, ꝙ nõ est, qm̃ hęc est dispositio noĩum, hoc est, ꝙ ipsa sunt de non entibus: modus vero secundus absurdi est, ꝙ summa totius sermonis cõposita sit definitiones: & hoc, qm̃ notificatio oĩum orõnum cõpositarum ęqualis est in potentia significationi nominum, & pp hoc erunt orationes poeticæ & oratorię oẽs definitiones, qm̃ potentia ipsarum est potẽtia nominum separatorũ: & quemadmodũ demrões non construuntur super hoc, quod est, nomẽ significare, aut nõ significare, cõsimiliter sequitur,
F vt sit dispositio in definitionibus.

Loco aũt istarum dubitationum oportet, vt incipiamus principium alterum, & consideremus sermones de hoc, qui ipsorum procedat recte, & qui nõ recte, præterquã ꝙ illud, quod mõstratum fuit in præcedentibus de eo, in quo nõ est dubium, ꝙ scientia proueniens ex definitionibus, & ex syllo, non est aliquid vnũ per se ex parte vna, neq; definitio & syllogism⁹ aliquid vnũ per se. 36

G Quodq; fieri non pōt, vt definitio
37 ostendatur per demſonem: quodq; est oratio, cuius compositio est compositio conditionis & ligamenti, nō compositio prædicationis, nisi complicetur definito, & sit propositio.

38 Quòd aūt superest est, vt q̄ramus de definitione, quid est, & q̄ramus, an scientia proueniēs per definitionem possit acquiri per demſonem per se, posteaquam fieri non pōt, vt adducatur super ipsa demſo, quemadmodum prædictum fuit, aut fieri non potest, vt acquiratur per ipsam: & si est possibile, per quā ex specie-
H bus demonstrationis est possibile.

39 Dicamus ergo, si demſo, quæ tradit pp quid res est, & ꝙ ipsa est, vt dictum fuit in præcedentibus, ipsa eadem tradit, ꝙ est res, hoc vtique erit, cùm definitum fuerit ignotæ inuentionis, & erit illa causa, quę traditur in respōsione pp quid est, ex causis, propter quas acquiritur substantia rei, qm̄ ex istis causis erunt definita.

40 Demonstrationes vero, q̄ tradūt existentiā rei, si fuerint, exhibebunt vtiq; existentiā ipsius pp aliquid posterius, quæ non est causa istius rei, ergo fieri non pōt, vt tradant simul
I cum existentia essentiam ipsius: & hoc, cùm fuerit terminus medius aliquid, quod nō est per se, sed per accidens: demſones vero, quæ exhibent existentiā rei pp causas, quę faciunt acquirere substantiam rei, possunt vtiq; tradere simul cum cognitione de existētia rei, essentiā rei. vt in exēplo, cùm adducitur demſo de defectu Lunæ, cum ratiocinator non habuerit appropriatū illi rei, vmbram, non poterit vtiq; acquirere essentiā defectus ex huiuscemodi demſone: qui vero adduxerit demōstrationē, ꝙ defectus inest Lunæ pp terrā, quę K separat lumē ipsius à lumine Solis, hic vtiq; tradit simul cum existentia istius defectus essentiam defectus. & hoc, qm̄ separatio terræ à lumine Solis est terminus essentiæ defectus. & hoc, qm̄ quemadmodum accidit per demōstrationem simplicem, vt tradatur causa, & existētia simul, ita accidit in ipsa, vt tradatur existentia & essentia simul, cùm acciderit ipsi, vt sit aliqua causarū, ex quibus constituitur substantia rei. vt in exemplo, qui monstrat existentiam tonitrus in nubibus propter extinctionē ignis in ipsis, qm̄ essentia tonitrus L non est aliquid plus, quā vox in nubibus ,ppter extinctionem ignis in ipsis, neque est differentia inter demonstrationes & definitiones, quæ sunt cū hac dispositione, nisi in positione & ordine tantum.

Demonstrationes vero ſm hanc 41 viā, sunt demſones, in quibus medij termini sūt essentia rei, aut plusquā essentia ipsius: cūq; acciderit, ꝙ pars deficiens ex illa essentia, quæ est terminus medius, sit terminus æqualis huic rei, & essentia, quæ est termin' M medius, est causa in ipsa, accidet, ꝙ adducatur demōstratio vnius termi norum per alterū, hoc est terminorum, quorum aggregatio est definitio perfecta. vt in exēplo, qm̄ definitio perfecta essentiæ defectus est ablatio luminis Lunæ pp constitutionem terræ inter ipsam & inter lumē Solis, & vnaquæque partium istius definitionis est definitio defectus, cū tradatur in responsione ad respōsionem quid est, & conuertatur cum ipsa, hoc est, ꝙ sit ablatio luminis Lunæ, & ꝙ est constitutio terræ inter ipsam & Solem. Cumq; interrogauerimus,

A uerimus, exêpli gratia, an defectus Lunæ sit ablatio luminis sui ex dispositione sua, aut sit contrarium ipsius, quemadmodum viderunt hoc nonnulli, cumq; sit ablatio luminis ipsius, qm̄ terra cōsistit inter Solem & inter ipsam, & positio huius sit terminus medius, possibile est, vt dicamus, ꝙ demr̄o significat super definitione, præterquã ꝙ hoc vtiq; accidit in huiuscemodi definitionibus imperfectis, non perfectis: monstratum vero fuit hoc esse impoſe in definitionibus perfectis. & ppea hæc definitio ex parte, qua est perfecta,
B progreditur à demonstratione, non ꝙ ipsa concludet demōstrationem: & secundum hoc oportet vt intelligatur locus iste ex verbis Sapientis.

42 Iam igitur declaratum fuit, ꝙ nō est poſe, vt adducatur demonstratio super definitione, hoc est perfecta, ſm ꝙ prædictum fuit, quodq́ue fieri potest, vt progrediatur ex hac specie demr̄onis, & declaratū fuit, qn̄ erit hoc, & qn̄ nō erit: ea vero, ex quibus progreditur definitio ignota absolute in omni loco, sunt loci, qui cōnumerati fuere in lib. Dialecticæ, hoc est, qui ex ipsis sunt demonstratiui.

C Dixit: Qm̄ vero nōnulla sunt cau
43 sæ existentiæ aliorum ab ipsis, & ea sunt res compositæ, aliqua aūt sunt naturæ existentiæ ipsorum per substãtias eorū, q̄ sunt res simplices, fieri non pōt, vt cōstituamus super definitionibus ipsorum demr̄ones absolutas, hoc est, quæ exhibent exn̄tiam, & causæ, quæ non hn̄t causas.

44 Sed on̄ditur existentia istorū per demr̄onem existentiæ tm̄, si nō fuerint manifestæ existentiæ per se, & nō est de huiuscemodi definitionibus, nisi per cōitatem nominis, qm̄ ipsæ vtique componuntur ex rebus D posterioribus, ex quibus accipitur demonstratio existentiæ ipsorū: res vero compositæ sunt, de quibus sunt definitiones veræ: & hoc, quoniam fieri potest, vt constituamur super essentia ipsorum ex demonstratione per se, non vt ostendamus essentiam ipsorum per demonstrationem.

Dixit: Si vero definitio est oratio 45
docens substãtiam rei & dispositionis suæ. & intelligo per orationem vnam hic, vnam per substantiã, non orationem vnã per accidens, quemadmodum est domus vna, & versus E vnus, quemadmodum prædictum fuit in lib. de Interpretatione. Et definitio dr̄ de multis, quorum vnum est oratio declarans nomen, & exiẽs ab ipso absq; eo, ꝙ significet, ꝙ hæc res sit, aut non sit: alterū vero, & est definitio in veritate, & est, quod doceat substantiã entis. & hoc, qm̄ cognitionem quid est, & pp quid est, oportet, ꝙ præcedat cognitio de existentia istius rei, de qua quærimus quid est, & pp quid est: & hoc, qm̄ de eo, cuius ignoratur existentia, decentius est, vt ignoretur ex dispōne ipsius quid est, & pp quid est: & hęc F est definitio, quæ est definitio in veritate de eo, quod cadit in demr̄onibus terminus medius, & est ea, quæ vocatur demr̄o variata positione: & non est differentia inter hanc definitionem, & demonstrationem, quę tradit propter quid, nisi in ordine tm̄: & hoc, qm̄ responsio apud eum, à quo quęrit aliquis, pp quid existit tonitrus, habebit ordinem, quo dicet, qm̄ ignis, qui est in nubibus, extinguitur: sed erit ordo ipsius, cùm quæritur, quid est tonitrus: vt præmittatur in respōsione illud, quod erit

G erit posterius in rñsione, & dicaẽ, est extinctio ignis, qui est in nubibus.

46 Ex definitionibus vero nonnullę sunt, quæ sunt p se notę, quęq; sunt principia scientiarũ, de quibus non est demonstratio, neq; progressus à demñone, & ex definitionibus pars tertia est definitio, quę est conclusio demñonis: quemadmodum conclusio dicens, ꝙ tonitrus est vox in nubibus, nisi, cum cognitum fuerit per demñonem, vocem esse in nubibus propter reuolutionem vẽti in ipsis.

47 Iam vero manifestum factum fuit ex eo, quod diximus, qñ progrediũ

H tur definitiones, & quando nõ progrediuntur, & quæ sunt ea, de quibus est demõstratio, ꝙ ab ipsis progreditur definitio, & quæ sunt ea, de quibus non est hæc species demonstrationis: & in summa declaratum fuit ex hoc, quæ sunt ea, quæ nõ possunt habere definitiones, & illa, quæ possunt habere definitiones: & declaratum fuit secundum quot modos dicuntur definitiones: & in summa declaratum fuit, qualis est proportio definitionis ad demonstrationẽ, & quomodo possunt esse de re vna,

I & quomodo non possunt.

48 Dixit: Qm̃ vero nos videmus, ꝙ iam scimus rem, cum scimus ipsam per causam: causæ autem sunt quatuor, quarum vna est causa, quę est per modum formæ, altera vero est causa, quæ est per modum materię, & ipsa est, quæ inuenitur propter formam, & tertia causa, quæ est per modum mouentis proximi & agentis, & quarta causa, quæ est per modum finis: omnes igitur causæ istæ accipiuntur termini medij in demõstrationib⁹: & hoc, qm̃ terminus medius est tanq̃ materia in syllogismo, & cõicat cum ambabus extremitatibus: & ppea syllogismus est ad minimum ex duabus propositionibus cõmunicãtibus in termino medio. K

49 Si accipitur causa per modum formæ, terminus medius erit, quemadmodum cum dr̃, pp quid angulus trianguli factus super diametro in semicirculo est rect⁹? & dicatur, qm̃ est dimidiũ anguli, qui est super centro: angulus aũt, qui est sup centro, cũ fuerit triangulus ẜm hanc dispõnem, est æqualis duobus rectis. Exẽplum vero causę, quę est per modũ materię, est terminus medius, cũ dr̃, pp quid corrumpitur animal? & dr̃, qm̃ est compositum ex contrarijs. L

50 Exemplũ vero, si accipiatur causa ẜm modum mouentis terminus medius, vt si dicaẽ, propter quid bellum gessere familiares Har cũ Ali? & dicatur, loco occisionis Atman.

51 Exemplũ aũt, cùm accipitur causa, quæ est per modũ finis, terminus medius, vt si dicaẽ pp quid elegerũt Medici deambulationẽ ante cibũ? & dicatur, propter sanitatem: & pp quid accipitur domus? & dicatur, vt conseruet ab accidẽtibus: & propter quid deambulat homo post cœnã? M vt descendat cibus ab ore stomachi.

52 Et dispositio causarum, quæ sunt per modum finis, cum causatis suis, est in contrarium dispositionis causarum, quæ sunt per modũ agentis. & hoc, qm̃ causæ, quæ sunt per modum agentis, sunt res præcedentes causata in existentia, & tempore: & proptetea erunt media in ipsis aliqua priora existentia & tẽpore conclusionibus: causa vero, quæ est per modũ finis, est posterior existentia & tẽpore conclusione: & hoc, qm̃ sanitas vtiq; est post deambulationẽ.

Et

A Et nihil prohibet, ꝙ componãtur
53 in re vna & eadē, causa quæ est per modum finis, & quæ est ex necessitate, hoc est, quæ est propter materiam. quemadmodum, si dicatur, propter quid lumen transit per corpora rara? & dicatur, pp leuitatem foraminum suorum, & subtilitatē ipsorũ, & loco fugæ à variatione: qm̄ quod dicimus propter leuitatem foraminum suorum & acuitatem ipsorum est res ex necessitate materię.

54 Cum vero dicimus, loco fugæ ab alteratione, est res per modum finis, & natura vt plurimum quod facit,
B est res necessaria ad vtilitatem aliquam, cùm fuerit hoc illi possibile. vt in exemplo, qm̄ palpebræ oculorum sunt ad locum necessitatis partis irascibilis, quæ ibi genita est, & complicatur huic vtilitas abscōdendi oculum: & quemadmodum tonitrus est res existens ex necessitate ad extinguendum ignem in nubibus, & est in ipso vtilitas quædam, quēadmodum dixit Pythagoras, vt timeant ab ipso inferi: & in summa in multis eorum, quæ inueniuntur in rebus naturalibus, simul cum re necessaria est vtilitas quædã: & hoc,
C qm̄ natura intendit in operatione sua finem: & causa hæc finis rei sequitur ex necessitate. Necessitas aũt dicitur duobus modis, quorũ vnus est necessitas naturalis, quæ est propter formam ẽtis, quemadmodum motus lapidis deorsum, & ascensus ignis sursum: via autem secũda, quę est propter materiam, quemadmodum de generabili sequitur ex necessitate ꝙ sit corruptibile. & materia consimiliter etiã est per se ex necessitate propter formam: & hoc, quoniam fieri non potest, vt forma naturalis sit nisi in materia, & hoc D
manifestum est in sciẽtia Naturali.

Et rerum, quæ innouantur à na- 55
tura, aliquę sunt per accidens & à casu, & aliquæ non sunt per accidens: quæ vero non innouantur per accidens sunt formæ, veluti domus in rebus artificialibus, & homo in rebus naturalibus, & ipsa sunt, quę innouantur loco alicuius rerũ: ea vero, quæ innouanť per accidens, sunt, quorũ causa est ars, aut natura, cũ innouatio ipsarum non intenditur ab ipsis, sed per accidens, quēadmodum sanitas, quæ innouať per accidēs ex incisione venæ in prælio, aut E
quod huic simile est: & quemadmodum digitus sextus in reb⁹ naturalibus. & ppea illud, quod accidit p accidens & à casu, cũ innouatur ab arte, aut à natura, est res, quę nō intenditur ab arte, aut natura. qm̄ ars & natura operantur vtiq; pp aliquã rerum: & est bonum, quod intendit ars, aut natura: casus aũt & accidens non est illud, quod innouatur propter aliquem finem, aut propter aliquam rerum: & propter hoc innouatio ipsius erit raro, neq; erit hæc causa connumerata inter causas q̄sitorum, neque efficietur terminus medius in demonstrationibus. F

Dixit: Causę vero rerum, q̄ inue- 56
niuntur cum ijs, quę sunt generabilia in tempore pręterito & generabilia in futuro, sunt vnę & eędem: hoc est, ꝙ sunt eędem causę cum rebus, quę inueniuntur in tempore pręterito, & cum rebus, quę inueniuntur in tempore suo, & sunt eę, quę ponuntur termini medij in demōstrationibus, & istę causę sunt cum ijs, quę sunt, & generantur cum ijs, quę generãtur, & si generabilia fuerint

genita

G genita in præterito, erant genitæ in præterito, & si in futuro, in futuro.

57 Vt in exemplo, q̄m causa congelationis aquarum est defectus caloris, qui ponitur terminus medius, vt sit cōgelatio aquarum : & si fuerit hæc causa propria existens in actu, congelatio consisr erit in actu: & si erit in potentia & tpe futuro, congelatio similiter erit in potentia & tpe futuro: & f̄m hāc dispositionem causatum cum hac causa, hoc est consisr etiam, cum fuerit causatum, erit causa, si fuerit in tempore præterito, in præterito, & si in futuro, in futuro.

H Causæ vero, quę nō sunt cum suis

58 causatis, quæ sunt agens & materia, non habent hanc dispositionem cū causatis suis, hoc est, si sunt, ꝙ causata sua sint: & si fuerint possibiles, vt sint, possibilia erunt causata sua, vt sint: sed habent vtique hoc, ꝙ si causata sunt, causæ suæ erunt.

59 Et hoc, q̄m si est domus, iam erit

60 61 paries & fundamentum, & si erunt

Text⁹ nō extant expōnes, eas tamē inuenies. 2.

causata possibilia, vt sint, ipsæ possibiles erunt esse. hic igitur, cū fuerit posterius, erit prius, & non cùm fuerit prius, sequitur vt sit posterius.

I 62 Sed iam dubitatur in hoc, & dr̄, quō, si cùm fuerit vltimum, non sequitur primum, erit generatio æterna & cōtinua: & hoc, q̄m si oportet, vt nō sequatur genitum, hoc est, qđ iam absolutū est à generatione, qđ generatur, non erit generatio continua: sed, si sequetur ipsum, oportebit vtiq;, si est primum, ꝙ sit vltimū. Dicamus igitur, ꝙ ex genito non sequitur quod generatur per se, neq; generatio est cōtinua per se, quemadmodum illud, super quo est motus vnus continuus per se: q̄m si esset res ita, fieri posset, vt finis generationis esset continuus principio eius, quod generatur, & finis ac principium nō possunt continuari vnū ipsorum per alterum, quoniā vtrunque ipsorum non est diuisibile : nisi igitur cōponatur per modum, quo componitur linea ex pūctis : & hoc ex eo, quod monstratum est esse impossibile in scientia Naturali.

Phys. tex. 37. & 4. Phys. tex. c. 121.

K

Et fieri non potest consisr etiam, vt dicamus, ꝙ principiū eius, quod generatur, cōtangat finem generati. & hoc, q̄m quod generatur, diuidit: & fieri nō potest, vt designetur principio ipsius, & principium generationis non est diuisibile, & non dicitur de eo, quod est diuisibile, ꝙ tangat illud, quod non est diuisibile, quemadmodum non dr̄ ꝙ linea tāgat punctum. sermo autem de hoc, non attinet ad hanc scientiam. 63

L

Generatio aūt est consequens nō continua: q̄m, si generatio esset continua, oporteret, ꝙ inuenirentur inter causas p̄cedentes tpe, & causata posteriora ipsis, media infinita, hoc est cām & causatū propinquū ipsi. 64

Planum aūt, ꝙ inter causam præcedentem tpe & causatū posterius, hoc est propinquū, non est mediū : q̄m, si est domus, iam fuit paries, & si iam fuit paries, iam fuit fundamentum, & si fuit fundamentum, iam fuere lapides. notum aūt, ꝙ non est inter domum & parietem medium, quod est causa, neq; inter parietem & fundamentum, neq; inter fundamentum & lapides : ꝙ si esset generatio cōtinua, sequeretur, ꝙ esset inter domū & parietem mediū, quod sit posterius pariete & prius domo : ꝙ si oporteret, vt esset inter causam propinquam & causatum medium, hoc est, inter causam præcedentem tempo- 65 M

A tempore, causatũ posterius, esset cõtinua causa propinqua causato, & non esset separata tpe. Quòd si esset hoc ita, sequeretur, ꝙ esset inter hoc medium & cãm suam mediũ, & ꝓcederet hoc in infinitũ, & essent causæ rerum, quę generant, infinitæ, & consequentia huius in rebus, quę iã fuere, est quemadmodũ consequentia rerum, quas possibile est esse.

66 Qm̃ vero sunt hic nonnulla, quę conuertuntur ad seinuicem, hoc est in eo ꝙ causa est causatũ, & causatũ causa, sequitur, ꝙ sit demõstratio in his procedẽs circulo, quodq; sit pri-
B mum in ipsis medium, & medium primum. vt in exemplo, si esset terra madefacta, esset ex ea vapor, & si esset ex ea vapor, esset nubes, & si esset nubes, esset pluuia, & si esset pluuia, iam esset terra madefacta. sequitur itaq;, ꝙ si esset terra madefacta, ꝙ esset terra madefacta, & si est vapor, ꝙ sit vapor, & ita in vnaquaq;, & nõnulla sunt existentia per modum totius & semper, & hæc, siue quòd sint existentia semper, siue quòd generentur semper, non absque hoc, & in his erit res circulo.

67 Iamque inueniuntur nonnulla,
C quorum existentia non est semper, sed vt plurimum, quemadmodum productio barbæ in quocunq; masculo, & termini medij in his erunt vt plurimum, & consimiliter propositiones, & itidem conclusiones.

68 Et hoc, quoniam, si A fuerit prædicatum de omni B in pluribus locis, aut in plurimo tẽpore, & B prædicatum de C in pluribus locis, aut in plurimo tempore, sequetur, ꝙ D prędicabitur de C vt plurimum, neque inuenietur res ĩ hoc circularis. Dixit: Quoniam vero iam declaratum fuit, quomodo progreditur definitio à demonstratione, & secundum quem modũ possibile est hoc, & sm̃ quem modũ nõ est possibile. D

Oportet aũt, vt speculemur de via, ex qua venamur definitiones & extrahimus, & dicamus, ꝙ eorũ, quæ ꝑdicantur semper & per viam quid est, illud, quod ꝑdicatur de ipsa, & est vl'ius re, aut vl'itate, in qua trãsit naturam generis, in qua inuenitur res ista, aut vl'itate, in qua non pertransit. vt in exemplo, qm̃ nos vtiq; prędicamus de ternario per viã quid est, ꝙ est ens, & ꝙ ẽ numerus impar, præterquã ꝙ si posuerimus de ipso, ꝙ est ens, iam pertrãsit naturam generis, in quo est ternarius, & est numerus, qm̃ intentio entis est vniuersalior numero. licet aũt intentio imparis transcẽdat ternarium, cùm impar insit quinario, & septenario, & alijs numeris, tñ non transcendit genus ipsius, quod est numerus. 69 E

Cumq; hoc ita sit, modus, quo accipiuntur definitiones sm̃ hanc viã, est, vt complicentur prędicata de re ex via quid est, quę non transcendant genus istius rei, & non transiliant super ipsum, & complicabim' ipsa, quousque inuenerimus ex ipsis primo summam numeri, cuius vnumquodq; sit vniuersalius re, sed res composita ex ipsis sit ęqualis rei, quam intendimus definire. 70 F

Quoniam, cùm complicuerimus ex ipsis aliquid cũ hac dispositione, hoc erit definitio perfecta rei. vt in exemplo, qm̃ inuenimus ternario inesse, ꝙ est numerus impar, & ꝙ est numerus primus sm̃ duas intentiones, per quas dr̃ de numero, ꝙ est primus, hoc est, quod nõ est plus numero, & quod non metitur ipsum, nisi 71

G niſi vnitas tantum, quoniam primum in numero dicitur ſecundum duas intẽtiones iſtas, & eſt vnũquodq; iſtorum prædicatorum vniuerſalius ternario, & prædicatum aggregatum ex ipſis æquale ternario. & hoc, quoniam impar ineſt ipſi & alijs, & primum, quod eſt, non eſſe compoſitũ ex numero, ineſt ipſi & binario: & conſimiliter primum ſecundum intentionem ſecũdam ineſt ipſi & omnibus imparibus: hæc vero prædicata tria non inſunt alijs. definitio igitur ternarij, ex quo conſtituitur ſubſtantia ipſius eſt, quod ſit numerus impar, primus. & hoc, quoniam cùm H prædicãtur plura de vno aliquo per viam quid eſt, erit potentia ipſorum potentia generis, ſi non fuerit ipſis nomen vnum, & erit genus, ſi fuerit ipſis nomen vnũ: atqui ſi fuerit genus, aut potentia ipſorũ potẽtia generis, erunt cõiora, & non erunt æqualia, & ſequitur, cùm ſunt hæc prædicata de ternario, & non ſunt genus vnum, quia non ſunt cõiora, vt ſint definitio. & hæc definitio eſt, quod incedamus in ipſa per extractionem definitionum ſpecierum vltimarum.

72 Si vero fuerit, quod intendimus definire genus medium inter ſpecies I vltimas & genus vniuerſale, via vtiq; in hoc erit, vt accipiamus definitionem iſtarum ſpecierum vltimarũ, per quas diuiditur genus iſtud per hãc viam, quam diſpoſuimus: cumq; inuenerimus definitionem vtriuſq; duarũ ſpecierum diuiſarum, ſecernimus ex hoc illud, quod appropriatur vni ipſorum, & accipimus cõicans, & cõplicamus ipſi genus iſtius rei, ſiue ſit quantitas, ſiue qualitas, aut aliud ab hoc ex generibus, quæ comprehẽduntur in hoc, ſuperioribus, & erit compoſitum ex hoc definitio generis, cuius intenditur definitio. vt in K exemplo, cùm voluerimus definire lineam, cõſiſtemus ſuper ſpeciebus vltimis, & eſt linea recta, & circularis, & reflexa: deinde accipiemus definitionem vniuſcuiuſque iſtarum trium ſpecierum per viam hanc, & ponemus, quod nos inuenerimus definitionem lineæ rectæ, quod eſt longitudo ſine latitudine, cuius mediũ non remouetur ab vtriſq; extremitatibus ſuis, cùm cõſideratur ſecundum rectum, & inueniemus definitionem lineę circularis, quod eſt longitudo ſine latitudine, in cuius medio eſt punctus, à quo oẽs lineæ exeuntes ſunt æqua- L les, & inueniemus definitionem lineæ reflexæ, quod eſt longitudo ſine latitudine, cum qua componitur proprium aliud, & inueſtigabimus cõmunicans his tribus definitionibus, & inueniemus in ipſis, quod dicimus, longitudo ſine latitudine, & complicabimus ipſi genus lineæ, quod eſt quantitas, & erit definitio lineæ abſolutè, quod eſt quãtitas habens longitudinem ſine latitudine: & inceſſus noſter ad definitiones generũ à definitionibus ſpecierum eſt res ad conſuetudinem naturæ: & hoc, quoniam genera ſunt compoſita & ſpecies ſim- M plices: & quod ineſt cõpoſito ineſt vtiq; propterea, quod ipſum ineſt ſimplici: iãq; oportet, ſi definitio ineſt ſpeciebus & generibus, quod inſit generibus, propterea quod ineſt ſpeciebus. Et de hac via fecit vtiq; mẽtionem Ariſt. quoniam ſibi videtur, quod ſit leuior ad extrahẽdas definitiones ſpecierum, quam via diuiſionis, quod eſt, vt ſciatur per viam compoſitionis, non quod ipſi videatur hanc viam ſufficere ad extrahendas definitiones: quemadmodum iam opinati ſunt nõnulli, quoniam non

A non * sunt possibiles in extrahendis definitionibus loci cõmemorati in lib. Topicorum, hoc est loci cõstructionis & destructionis, & loci generis, & dñæ, & reliqui loci, qui ibi numerati sunt: qm̃ ipsi vtiq; connumerati sunt pp definitionem, & numerati sunt ibi probabiles, ex quibus colliguntur demonstrationes.

* a. l. sunt necessarij.

73 Dixit: Si vero extrahatur definitio per viam diuisionis, inuenit vtiq; in definiendo hęc spẽs vtilitatis ſm modum, qui monstratus fuit in præcedẽtibus, hoc est, ꝙ via diuisionis est vtiq; vtilis ĩ definitionibus, quas nõ B ignoramus inesse definito, quodq; ipse, cũ solicitus fuerit in hoc ad extrahendas definitiones ignotas, procedens per hoc faciet viã petitionis.

74 Vtile aũt est hoc in specie definitionum, q̃ non remouentur ab hoc, vt ostendantur per terminum medium: qm̃ obseruamus in diuisione ipsorum, ꝙ dñia est terminorũ, qui sunt in diuisione, si ponamus dñiam primam ſm gradum suum, siue cõsuescat res è contrario, hoc est, vt ponamus posterius loco prioris, quẽadmodum ille, q diuisit animal in habens duos pedes, & in non habẽs C duos pedes, qm̃ hæc species diuisionis non tradet definitionem alterius speciei: qm̃ definitiones specierum componũtur vtiq; ex duobus, quorum vnum est genus propinquũ, & alterum differentia post ipsum, hoc est, quę sequitur ipsum immediate, quemadmodum homo, cuius intentio componitur ex animali & rõnali: & ad similitudinẽ horum orationes, quas exhibet hæc spẽs diuisionis, componuntur vtiq; ex generibus longinquis & dñijs vltimis, qm̃ bipes est differẽtia vltima animalis, & inter ipsa sunt differentiæ multæ. D

Propter hoc oportet diuidentem, 75 qui intendit accipere definitionẽ per diuisionem, non prætermittere differentiam vl̃em essentialem dñiæ appropriatæ, hoc est, vt nõ diuidat genus superius per differentiã generis, quod est sub ipso, sed per differẽtias vniuersales generi, per quas diuidit, & nõ extat aliquid à genere ipsius: quemadmodum, qui diuidit genus in ambulans & volans, & natãs, deinde diuidit vnumquodq; istorum in differentias vniuersales ipsis: quẽadmodũ qui diuidit volatile in id, quod diuidit pennata aut squãmata, ꝙ si diuideret animal primò in E id, qđ distinguit pennata aut squãmata, iam *transiliret genus primũ, & non comprehenderet omne animal per diuisionem suam.

* a. l dimitteret.

Dixit: Neq; oportet diuidentem 76 cum eo, ꝙ monstrat definitionẽ per diuisionem, vt diuidat omnes dñias entium ita, vt sit extractio definitionis per diuisionem aliquid impossibile, cùm fieri non possit, vt numerẽtur omnes differentiæ, quemadmodum existimauerunt hoc nonnulli antiquorum, qm̃ quod existimauerunt ex hoc, non est verum. F

Primò quidem, qm̃ non est neces- 77 sariũ diuidentem diuidere genus in dñias, quæ sunt in ipso, qm̃ ex ipsis aliquæ sunt substantiales, & aliquæ non substãtiales, sed necessariũ est, vt diuidat in dñias substãtiales, quæ innouant species sub hoc genere. Et secundo, qm̃ naturæ vl̃es diuiduntur in differentias oppositas comprehendentes: res autem ꝗ, cuius intẽditur definitio, ponetur vtiq; sub istis oppositis, neque oportebit ipsum ex dispõne sua scire plus quàm oppositum,

G rum, ſub quo ponitur res iſta: oppo
ſiti vero alterius, aut oppoſitorũ, nõ
eſt opus nobis vt ſciamus dr̃ias, in
quas diuidũtur, qm̃ ſunt aliud à re,
cuius intendimus definitionem. vt
in exemplo, ſi intendamus definire
hominem, diuidemus animal in ra-
tionale, & non rationale, & inuenie
mus hominem poni ſub rationali.
Et nõ eſt nobis opus, vt diuidamus
non rationale in omnes ſuas differẽ
tias vltimas, ſiue fuerint differentiæ
iſtæ notæ nobis, aut ignotæ, cumq́;
inceſſerimus hac via, progrediemur
abſq; dubio ad ſummam æqualem
H definito, & erit res definita poſita
abſq; dubio ſub vna partium oppo
ſitarum, in quas diuiditur genus
ſuum, neq; conſueſcit conſuetudi-
ne petitionis: quoniam differentiæ,
in quas diuiditur hoc genus per mo
dum vniuerſalitatis, nõ poſſunt ad-
mittere in ipſis mediũ: cumq; hoc
ſit permanifeſtum in diuiſione, ſe-
quitur ex hoc, vt ſit, quod quærim⁹
definire, cùm nouerimus, quòd hoc
genus ſuum ponitur ſub vno ipſo-
rum proculdubio.

78 Quod cùm ita ſit, qui ſollicitus eſt
I in extrahenda definitione per diui
ſionẽ, indiget tribus conditionibus,
quarum vna eſt, vt accipiat ea, quæ
prędicantur de re per viam quid eſt,
ſecunda, vt ſit ordo ipſorum, quem-
admodum meminimus, & ponatur
differentia prima primo, & ſecunda
ſecundo, & tertia tertio, & ita de cõ-
ſequentibus, & conditio tertia, vt cõ
ſiſtat per diuiſionem ad ſummam,
quæ ſit æqualis definito.

79 Et prima quidem conditio proue
niet vtiq; in his, quæ ignoramus p̃-
dicari de aliquo per viam quid eſt,
cùm declarauerim⁹ per ſyllogiſmũ,
ꝙ ea inſunt ipſi cum hac diſpoſitio- K
ne, qm̃ per ſyllogiſmum mõſtratur
vtiq;, ꝙ hoc eſt eſſentiale huic, quẽ-
admodum, ꝙ hoc eſt genus huic,
aut ꝙ hoc eſt differentia huic, qm̃
per ſyllogiſmum omnem monſtra-
tur vnum iſtorum duorũ, quemad-
modum declaratum fuit in lib. To-
picorum, hoc eſt, ꝙ quæſitũ aut eſt
ſubſtantiale, aut accidentale. Condi
tio aũt ſecunda, quę eſt, ꝙ partes de-
finitionis ordinentur ordine conde
centi, erit vtiq;, cùm ordinauerimus
differentiam vniuerſaliorem, quo-
uſque deuenerimus ad differẽtiam
poſteriorem abſq; eo, ꝙ miſcemus L
inter ipſas differentiam, aut perſe-
quamur differentiam ipſorum per
differentiam æqualem ipſi: cumq́;
conſuetudinem iſtam habuerit diui
dens, neceſſarium erit, vt omne diui
dens vſe illi, quod eſt ſub ipſo, inſit
rei, per quam diuiditur in exiſtentia
prima, quamuis ſit inter primam ex
ipſis & vltimam differentia longin-
qua à diſtinguentibus medijs, quæ
ſunt inter ipſas. & eæ ſunt, in quib⁹
coniungitur primum per vltimum
coniunctione ſubſtantiali. Condi-
tio aũt tertia, quæ eſt, vt ſumma ſit
æqualis definito, proueniet vtiq; no M
bis & manifeſtabitur, cùm diuiſeri-
mus genus ſuperius primum in dif-
ferentias ſuas oppoſitas. deinde ſpe-
culabimur hoc, quod intendimus
definire, ſub qua duarum differen-
tiarum oppoſitarum ponatur: cum-
que inuenerimus ſub vna ipſarum
poni, ſpeculabimur, ſi compoſitum
ex hac differẽtia & genere eſt ęqua-
le huic definito, aut vniuerſalius ip-
ſo: & ſi fuerit vniuerſalius, diuide-
mus conſimiliter etiam diſtinguens
hoc in diſtinguẽtia oppoſita, deinde
ſpecu-

A speculabimur sub vtro ipsorum po
natur definitum: cumq; inueneri-
mus id poni sub vno ipsorũ, specu-
labimur de summa aggregata ex ge
nere primo, & differẽtijs, quæ sunt
post ipsum: & si fuerit æqualis spe-
ciei, aut generi, qđ intendimus defi-
nire, iam vtiq; inuenimus definitio
nem ipsius: si vero fuerit vniuersa-
lior faciemus ĩ hoc, quemadmodũ
feceramus antea, hoc est diuidem⁹
differentiam vltimã ipsorũ in diffe-
rentias duas oppositas, deinde elige-
mus sub vtra ipsarum sit ipsum de-
finitũ, si summa fuerit æqualis ipsi,
B aut non ęqualis: cũq; inuenerimus
ipsam ęqualem, manifestum, ꝙ hęc
erit definitio, cui non deficit aliqua
differentiarũ, per quã construitur
substantia rei definitę: hoc est stabi
litur, & non inuenitur in ipsa diffe-
rentia deficiens: qm̃ quod deficit,
aut erit genus, aut dr̃ia: & gen⁹ pri-
mum iam positũ fuit in ipsa, & cũ
ipso coniunctę fuerunt omnes dif-
ferentię, quæ sunt in hac natura: ꝙ
si positũ fuerit, ꝙ deficiat differen-
tia, hęc differentia erit diuersa in na
tura ab istis dr̃ijs: dr̃iæ autem, quæ
cõponũtur cum genere ad hoc, ꝙ ex
C ipsis sit definitio, sũt ex natura vna.
80 Dixit: Oportet cùm intendimus
definire aliquid & eligimus prædi-
cata, quæ insunt illi per viã quid est
vt inducamus per indiuidua diuer-
sa istius intentionis, quam intendi-
mus definire, & si inuenerim⁹ ipsam
vnam in omnibus, manifestum no-
bis erit ex hoc, ꝙ hęc natura, quam
studemus definire, est natura vna,
quodq; habeat definitionẽ vnã: sin
aũt inuenerimus intentionem istã
in vniuersitate vnius istorũ indiui-
duorũ aliã ab eo, qđ est in vniuersi-
tate alterius, sciemus ꝙ id, cuius in- D
tendimus definitionẽ, nõ est intẽtio
vna, sed duæ intentiones, aut plures.
Vt in exemplo si vellemus defini- 81
re quid est magnanimitas, specula-
bimur intentionem istam in indiui
duis, quæ fuerunt disposita per ma
gnanimitatem, & inueniemus non-
nulla, quæ interfecerunt seipsa, &
inueniemus aliqua translata de le-
ge ad legem, & quædam pugnaue-
re per ea, per quæ non oportet pu-
gnare: cumq; considerauimus in-
tentionem magnanimitatis in istis,
inueniemus ipsam parum tolerare E
iniuriam: cumq; speculati fuerimus
magnanimitatẽ existentẽ in So-
crate & Diogene & alijs, qui praui-
fecere bona fortunæ & euẽtus pro-
pter id, quod sequitur ex veritate, di
cemus, ꝙ magnanimitas in ipsis est
paruifacere bona fortunæ & euen-
tus: cumq; considerauerimus vili-
pendium bonorum fortunę & euẽ-
tus, & paucitatem tolerantiæ iniu-
riæ, non inueniemus aliquid com-
prehendens ipsa, & non erit natu-
ra vna comprehendens magnani-
mitatem, & dicemus, quòd non
est definitio vna magnanimitatis, F
quodq; est nomen æquiuocum.
Quoniam definitio vna est vtiq; 82
naturæ vnius vl'is, non naturæ par-
ticularis: & propter hoc non tradet
Medicus medicinã istius oculi de-
signati, sed tradet medicinam ocu-
li absolute: & hoc erit, cùm diuiden
tur intẽtiones, de quibus dicitur no-
men oculi, & determinabitur spẽs,
cuius intendimus definitionẽ, quæ
de hac specie istius oculi erit leuior,
q̃ definitio generis: quoniam ęqui-
uocatio magis apparet in specieb⁹,
q̃ appareat in generibus: & propter-

G ea operæprecium est, vt deueniatur ad definitionem vniuersalis à definitione appropriati, quoniã appropriatũ est notius apud sensum.

83 Et quemadmodum in demonstrationibus oportet intentionem syllogismi esse intentionem claram, hoc est, ꝙ ipsæ sunt sylli veræ fidei, consimiliter oportet, ꝙ sint intẽtiones, quas intẽdimus definire, claræ, manifestæ, apertæ in definitionibus: & hoc vtiq; erit, cùm deuenerimus ad definitionem rerum vniuersalium à rebus appropriatis, per quæ claritas intentionis, quam volumus de-

H finire, ẽ simplex & aperta vt in exẽplo, si vellemus definire naturã coloris, poneremus primo speculationem in hoc ex intentione, quæ ẽ in vnoquoq; colore, nõ ex colore vli, qui est genus oĩbus colorib⁹: & cõsilr, cũ voluerimus definire intentionẽ vocis, ponemus cõsiderationẽ in vocib⁹ specialib⁹, nõ in voce vli.

84 Per hanc enim pertractationem cadet obseruatio à noĩe æquiuoco, qđ oportet obseruare in definitionibus: pertractatio aũt noĩs æquiuoci accidet ex necessitate ĩ dialectica.

85 Dixit: Oportet autẽ eum, qui vo-

I luerit facile respondere per propter quid in accidentibus, q̃ insunt vnicuiq; speciei entiũ sensibilium, vti iam consistat in via diuisionis super generibus & speciebus ipsorum. & in via anatomiæ super oĩbus membris eorum: quoniã, cùm fuerit cõsultus in hoc, fieri poterit, cũ interrogabitur de aliquo accidẽte alicui specierum, aut generum, vt respondeat per naturam communem, quæ est causa, ꝙ insit accidens istud huic spẽi aut generi. vt in exemplo, cùm aliquis præmiserit, & nouerit ꝑ viã diuisionis, ꝙ nutribilis aliquod est sensibile, & aliquod non sensibile, deinde interrogatus fuerit, propter quid animal crescit? & dicet, qm̃ nutritur, & non dicet, qm̃ est animal: & consilr accidet, cùm interrogabitur de aliquo consequente alicuius spẽi, & nouerit per naturam cõem, ꝙ ipsa est causa, ꝙ hoc consequens insit huic speciei propter diuisionẽ. quemadmodum, si interrogaretur, propter quid gallus habet pẽnas distinctas? & diceretur, qm̃ est volatile. aut propter quid homo est respirãs? & diceretur, qm̃ est animal ambulãs habens sanguinẽ & fieri põt, ꝙ nõ patefiat nobis natura vlis, quæ est * causa per viam accidentis, de quo quæritur per viam diuisionis.

K

L

*a.l.cã illius per viam.

86 Cùm vero patefit nobis per anatomiam accidens vle, quod excitat nos sup hac natura, & faciemus cõsistere ipsum loco istius naturæ. vt in exẽplo, qm̃ nos vtiq; cõsistimus per anatomiã super eo, ꝙ aĩal, cui sunt cornua: habet erinaceũ, & non habet dentes in maxilla superiore: cũq; interrogati fuerimus, exempli gratia, propter quid aries habet cornua: dicemus, qm̃ habet erinaceum, & nõ habet dentes in maxilla superiore. & consilr, qñ consistimus per anatomiam super hoc, quod est, oẽ animal longæuum esse paucæ choleræ in relatione ad corpus suum.

M

87 Cumq; interrogati fuerimus, exẽpli gratia, ꝑp quid homo est longæuus? dicemus, quoniam est paucæ choleræ. & fieri potest, vt sint natura & genus, super quibus consistimus per diuisionem, non vnum nisi per proportionem: quemadmodum proportio substantiæ ad producendum pisces habentes testam

A stam ad natandum in animalibus, admodum monstrare possumus ali D quid propter causam suam, consimiliter fieri potest, vt monstremus causam propter causatum. Et hoc 91 in eo, quòd vtrunque ipsorum sequitur suum compar, & inuenitur per inuentionem ipsius. vt in exemplo, si quemadmodum, cùm inuenimus congelationem lactis in arbore, inuenimus mortificationem foliorum ipsius: consimiliter etiam cùm inuenimus mortificationem foliorum, inuenimus congelationem lactis: & quemadmodum inuenimus constitutionem terræ inter Solem & Lunam, inuenimus E defectum, ita cùm inuenimus defectum, inuenimus constitutionem terræ inter Solem & Lunam,

88 Dixit: Erunt autem quæstiones vnæ per se, cùm causa, quæ accipitur in ipsis terminus medius, fuerit vna: fieri autem potest, vt sit vna in specie, & fieri potest, vt sit vna in genere: quemadmodum, si interrogaret aliquis, propter quid innouatur echo, aut propter quid innouatur arcus in nube, & ꝓpter quid videt homo imaginem suam in corpore terso? causa enim in interrogationibus istis est vna ĩ genere, & est conuersio, sed cã echus est cõuersio aeris, & causa arcus in nube, est con B uersio luminis, & causa visionis in speculo terso, est conuersio visus.

89 Iamq; erit quęstio vna, quę monstratur per media multa, cùm aliqua ipsarum fuerint causa quorũdam, & fuerit primum ipsorũ dans semper principia in responsione quæstionis propter quid posteriori, quousq; ascendat ad causam primam in ipsis, quæ est causa omniũ ipsorum. vt in exemplo, si dicatur, propter quid Nilus multiplicat cursum suum in fine mensis? & dicatur, quoniam tempus istud assimilatur tempori hyemis: & si dicatur, propter quid assimilatur tem- C pori hyemis? & dicatur, propterea quòd cessat lumen Lunæ in ipso. & si diceretur, propter quid cessat lumen ipsius? dicetur, quia deficit in commistione sua cum Sole: coniunctio enim cum Sole est causa prima istarum causarum, & cursus Nili est causatum vltimum, intermedia vero sunt cãta & causę.

90 Dixit: Iam vero dubitaret aliquis de causa, quæ accipitur terminus medius, & de causato, quod est maior extremitas, & dicamus, si quem-

92 Dicamus igitur, si vnum non habuerit causas plures, & fieri posit, vt illud sit propter causam suã, iam monstrabitur vtrũque ipsorum per suum compar, sed, cùm monstrabitur causatum per causam ipsius, erit hæc dem͞rõ, quę exhibet causam, & existentiam: cumq; causa monstrabitur per causatum, hæc demõstratio tradet existentiam tantum: quẽ admodum ille, qui monstrat mortificationem foliorum ꝑꝑ congelationem lactis, & congelationem la- F ctis ꝑꝑ mortificationem foliorum.

93 Si vero res habuerit plures causas, non oportet, vt ostendatur existentia causæ propter existentiam causati. vt in exemplo, si monstraret aliquis, quòd A inest C per plura media, hoc est D & E, manifestũ, quoniam cùm est A, nõ sequitur ꝙ sit D & E, quoniã A est vniuersalius vtroq; ipsorum: cumq; est vl'e, non sequitur, ꝙ sit appropriatũ, hoc. n. declaratum fuit in præcedentibus.

G Et hoc, quoniam iam diximus, ꝙ
94 ex cõditionibus demonstrationum est, vt sint ex propositionibus acceptis vniuersalibus, & prædicatis per viam quid est: cumque hoc ita sit, oportet ꝙ terminus medius sit appropriatum subiecto prædicatum de ipso, & similiter terminus maior cum medio: igitur conuertuntur causatum & causa ex necessitate in huiuscemodi demonstrationibus: causa vero, quæ est cum hac dispõne, non potest esse, nisi super vno: quoniã ipsa est definitio rei, & defi-
H nitio non potest esse definitio plurium, quoniã ipsa excitat super substantia vnius, & quod excitat super re vna, sequitur, ꝙ sit vnum: quemadmodum constitutio terræ in medio inter Solem & Lunam, quæ est definitio defectus: & quemadmodum cõgelatio lactis in ligno, quæ est causa mortificationis foliorum.

95 Si vero non est medium causa essentialis, fieri poterit, vt res habeat plures causas, & ꝙ sit causatum, & nõ sit causa. vt in exemplo, quoniã causa essentialis in eo, qui est lon-
I gæuus, est vtique paucitas cholerę.

99 Et, si calor & humiditas sunt causa alia inexistẽs animalibus, & alijs ab animalibus, oportet, quòd transiliant huiuscemodi media in demõstrationibus in eo, quòd non sunt causæ veræ, neq; demonstrationes compositæ ex ipsis sunt demonstrationes veræ, sed existimatur, quòd ipsæ sunt demonstrationes absque eo, ꝙ sit ita, quoniam inueniri vtiq; causatum potest, cùm nõ sit causa.

96 Cùm vero sit terminus medius in huiuscemodi demõstrationibus veris ex parte, qua est essentiale, ex natura generis, in qua sunt istæ demonstrationes, sequet̃, si fuerit hoc K
genus secundum proportionem, vt terminus medius in ipsis dicatur secundum proportionem, & cõsimiliter si fuerit genus per consensum, erit definitio per consensum. & exẽplum eorũ, quæ dicuntur secundũ proportionem, est, vt dicatur, propter quid proportionabilia, cũ permutãtur, sunt proportionabilia? dicetur, qm̃ duplicia ipsorum, sunt cum conditione posita in rebus proportionabilibus. neq; simile est, vt dicat̃ de coloribus & figuris, ꝙ sunt vnum ſm proportionem, sed sunt vnum verbo tm̃: qm̃ similitudo in L
coloribus est, vt moueant visum in mẽsura vna, & in figuris, vt sint latera ꝓportionalia: & anguli ęq̃les.

Et hæc est differentia inter illud, 97
quod dicitur per cõmunitatem, & illud, quod dicitur per ꝓportionẽ: quoniam in eo, qđ dicitur per communitatẽ, inueniũtur definitiones vnæ secũdum proportionem, & in summa oportet, ꝙ accipiantur in demonstratione termini tres ęquales inter se, hoc est causa & causatũ, & illud cui est causa, qđ est subiectũ. M

Et si accipiatur subiectum appro- 98
priatius quàm terminus medius, & terminus medius appropriatior q̃ maior, non erit prædicatio per modum totius, quæ tradita fuit in principio istius libri: & notũ est, ꝙ hæc demonstratio est demõstratio, quæ est definitio perfecta in potentia: & notum est, ꝙ hæc demõstratio erit vtiq; per causam propinquam: & si aliquid habuerit causas plures, quarum aliqua sit propinquior alia, q̃ propinquior ex ipsis, erit propinquior prædicato in quæsito, non autem subiecto: quoniã terminus medius

medius

A medius est vtique definitio maioris extremitatis, quæ est prædicatum in quæsito, aut pars definitionis. Manifestum autem ex hoc visum fuisse Aristoteli, ꝙ ex conditionibus demonstrationis simpliciter est, ꝙ medius terminus sit causa maioris extremitatis, & ꝙ sit necessarius in eo quòd scitur hoc: & illud est, quoniam non verificatur ipsa absq; eo.

100 Dixitq;: Iã vero diximus de demonstratione ac syllogismo, & per quas conditiones ac proprietates perficit vtrũq; ipsorum: & manifestum, ꝙ cognitio de vno ipsorũ, annexa est
B cognitioni per alterũ, quodq; ipsa cõsuescunt consuetudine rei vnius.

101 Dixit: Vnde autem proueniat nobis scientia de principijs demonstrationis, quæ sunt propositiones primæ, & quomodo proueniat, & per quam potentiam assequimur has propositiones, hoc vtiq; apparebit, cùm præmiserimus, quòd scientia per demonstrationem non potest acquiri, nisi cùm noueris principia ipsius, quæ sunt propositiones immediatę: & hoc consimiliter etiam posteaquam pręmiserimus dubita-
C tiones congruentes. Dicamus igitur, an potentia, per quam scimus rem per demonstrationem, sit eadẽ potentia, per quã scimus principia demr̃onis, aut sit alia ab ipsa, & an ne principia demr̃onis, & illa, quæ sciuntur per demõstrationem, vtraque sciantur per demõstrationem, an vnum ipsorum sciatur ꝑ demonstrationem, & alterum per potentiam aliam. Principiũ autem istius intentionis est, vt inquiramus primo, an intellectus isti primi, qui sunt formæ, & intelligentiæ proueniant nobis à principio existentiæ: sed nos obliuiscimur ipsos non re- D
miniscentes, aut innouantur in nobis, posteaquàm nõ fuerunt. Atqui quòd fuerimus adepti ipsos à principio rei, & obliti simus eorum, ex ipso sequitur repugnans, quod est, vt possideamus scientias digniores & perfectiores scientia demonstrationis, & obliuiscamur earum: atqui, si posuerimus nos possidere ipsas, erit vtiq; per posterius: quomodo igitur verificabitur hæc positio cum eo, ꝙ ponamus, omne illud, quod scimus, atq; addiscimus esse vtiq; per cognitionẽ præcedentem? & sequitur propter hoc, ꝙ principia E
demonstrationis sunt mõstrata per demonstrationẽ: qđ est absurdum.

Dicamus igitur, ꝙ principia hæc 102
proueniunt vtique nobis ex potentia, & habitu, qui inest nobis per modum istius potentiæ, & habitus isti sunt, ex quibus proueniunt principia ista: & hæc potentia in æstimatione nõ est illud, cui prohibitũ sit esse in actu ea, quæ sunt principia.

Et hæc potentia inuenitur in om- 103
nibus animalibus: & hoc, quoniam in omnibus animalibus est potẽtia sensitiua: animal vero, in quo est F
potẽtia sensitiua, diuiditur duabus diuisionibus, & ex ipso est, per cuius imaginationem firmatur res, quam sentit post ascensionem sensus, & hoc est animal imaginans, & ex ipso est, cui non firmatur, & est non imaginans: & quod firmatur habet firmamentum, quod non deputatur simul cum eo, ꝙ duplicantur formæ super ipso, ꝙ occultatur ab ipsis similitudo, quæ est intra ipsa: & ex hac similitudine prouenit intellectum vniuersale in anima: quoniam hæc potentia ea est,

G qua acquiritur intentio rei sensibilis expoliatæ à consequente secundum visum: & hoc cum alteratione rei super ipsis pluribus vicib⁹ in in-
104 diuiduis pluribus. Quoniam vero potentiæ imaginationis & memoriæ acquirunt vtiq; dispositiones à sensu, erit existimatio istarum duarum potentiarum in homine à sensu: & si vniuersale proueniẽs accipitur à rebus voluntarijs, erunt intelligibilia prouenientia ab ipso principium rebus artificialibus, si vero accipiatur à rebus existẽtibus, erũt principiũ scientijs speculatiuis.

105 Cumq; res ita sit, habitus isti intel
H ligibilium non prouenient nobis à principio rei, neque nos acquirimus ipsos ex habitibus, qui sint reputatiores, neque ex scientijs stabilioribus, sed innouantur vtique nobis ex alteratione sensus vice post vicem in indiuiduis multis.

106 Quemadmodum accidit in prælio, cùm disturbatur ordo pugnantium in victoria, quia redit vnus, & stat, & post hoc secũdus, & post hoc tertius, quousque perficiatur ordo: consimiliter etiam se habet dispositio vniuersalis à sensu, quoniam, cùm annectitur sensui sensus secundus, & secundo tertius, innouatur
I intentio vniuersalis: & propterea innouatio ipsius est per modum inductionis in particularibus, & secundum modum istum est innouatio vniuersalis ex sensibilibus.

107 Dixit: Potentiæ vero intelligibiles, per quas verificamus, diuiduntur duas in partes, & ex ipsis aliqua K est, quæ verificatur aliquando & falsificatur: quemadmodum potentia opinatiua & existimatiua, & ex ipsis aliqua est, quę verificatur semper, quemadmodum scientia proueniens ex demonstratione, & ab intellectu, quæ sunt propositiones primæ: & non est genus vnum ex apprehensibilibus magis verum q̃ scientia, nisi scientia proueniens ex propositionibus apprehensibilibus ab intellectu: & propterea principia demonstrationis sunt magis in capitulo veritatis, quã scientia proueniens per demonstrationem: si L quidem principia non sciuntur per demonstrationem, sed sciuntur per intellectum: quoniam non est hic aliquid assequẽs illud, quod est verius demonstratione, nisi intellectus: & ꝓpterea intellectus est principium principiorum, & omnes istæ potentiæ, cum hoc, quòd perueniunt ad illud, cuius sunt potentiæ, sunt secũdum vnum exẽplum, hoc est, potentia proportionis sciẽtiæ ad illud, quod scitur, potentia ꝓportionis intellectus ad principia.

Hic autem perficitur tractatus iste secundus Libri de Demonstra- M tione Aristotelis: & est expositio filij Rosadis. Laus Deo.

Auerrois Mediæ expositionis in Librum Demonstrationis Aristotelis finis.

AVERROIS CORDVBENSIS

Epitome in Lib. Logicæ Aristotelis.

Abramo de Balmes interprete.

PRAEFATIO AVTHORIS.

B INTENTIO in hoc sermone ē colligere sermones necessarios ī hac arte Logicę ad cognitionē regularū partium formationis & verificationis, q̄ fiunt in tota arte Logicæ: dico in quinq; artibus, qđ est necessariū pro maiori parte: & eo magis pro addiscēdo artes, q̄ iam perfectæ sunt ſm id, quod sunt nostro tpe: & hoc pro maiori parte artiū, & præcipue Medicinę, & cæterarum. Veruntā sermo de reb⁹, ex quibus cōponuntur & fiunt sermones isti, aut erit inutilis ad disci-
C plinam artiū, quæ iā perfectæ sunt, aut erit vtilis ſm modum melioris, nō modo necessario. Petitio aūt melioris hoc nr̄o tpe est quodāmodo impośis. & cū toto hoc erit itaq; sicut introductio ei, qui inueniet sibi quietē & solertiā, & voluerit esse ꝑfectus in partibus huius artis. Nos itaq; incipiemus sermonē harū partiū ab ea, quæ est magis cōis q̄ aliæ partes, quia illa est disciplina ordinaria. sin aūt, oporteret ꝙ repeteretur res vna eadem multotiens & deinde post hoc ꝓcedemus ad illud, quod appropriat vnumquodque eorum.

Dicamus itaq;, ꝙ ex quo fuerunt oēs qōnes, quarum cognitio appetiť in oībus artibus speculatiuis duarū specierū, videlicet formatio, & verificatio. Et fuit formatio id, qđ est intellectus rei per id qđ cōstituit substantiā suā, vel per id, qđ existimať ꝙ cōstituat substantiā suā, & erit id, de quo quæritur vt plurimū dictiōe quid. Et verificatio est intells rei, per id quod dr̄ ipsius dispō quædam: & est id, de quo q̄ritur vt plurimū dictione, vtrū, sicut est dictū nr̄m, vtrū vacuū sit: & cū dictione, an, vt est dictum nr̄m, an mundus sit nouus. Et hęc species qōnis est, qua quęritur à nobis semper dictione, an, & an mūdus sit nouus, fuit qđ q̄ritur à nobis. Et oportuit ꝙ præcedant quamlibet istarū discipulo duæ partes notitiæ, aut agens, aut dirigens. Dirigēs quidem ad formationē est, q̄ significať per dictionē separatā: agens vero est ex rebus, quibus sibi constat res, & illæ sunt partes definitionū, & definitiones. Verificationis vero dirigens est detentio veritatis apud qōnem duarum partium oppositionis: sed agens ipsam est syllogismus. Et hęc

E (margin) Quid sit Formatio & qd Verificatio.

F (margin) Quæ sit notitia agens, & q̄ dirigens.

G ars est, quæ tradit dispõnes & regulas, quibus dirigitᷣ intellectus ad has duas notitias, hoc est ad formationem, & verificationẽ. Sicq; diuidemus perscrutationẽ huius artis necessario ad has quatuor ptes. Et incipiemus à tractatu significationis dictionum in vl̄i. Deinde procedemus ad sermonẽ de reb⁹ simplicibus agẽtibus formationẽ. Vlterius procedemus ad sermonẽ de reb⁹, quibus opposita sunt opposita, adeo ꝙ veritas transeat in vnã earũ. Postea loquemur de syll̄o, & speciebus eius simpliciter. Rursus progrediemur ad id,
H quo proprie terminantᷣ singulę formationes, & verificationes simpliciter: & illa est disciplina propria, quę fit in singulis quinq; artiũ, dico demonstratiuã, & Topicã, & cæteras.

E P I T O M E
IN LIBRVM
Prædicabilium.

Sermo in significatione dictionum. Cap. 1.

De Aequiuocis.

I Omina quędam sunt æquiuoca, quorũ singula significãt rẽ plus quam vnã. Et hæ res sunt, inter quas non est cõuenietia aliqua penitus: sicut almisteri, qđ est canis in lingua Arabum, quod dr̄ de sydere, & de latrabili. Vel quæ cũ ipsorum diuersitate cõparabuntur ad principiũ vnũ: sicut si comparentᷣ ad efficiens vnum, aut ad finem vnũ, aut ad subiectum vnũ. & istæ res comparatæ ad rem vnam ex eis sunt quæ cõueniunt in ea hac re, ad quã comparãtur. sicut est nomẽ entis, quod dr̄ de substantia, quantitate, & qualitate, & cæteris prædicamentis. & sicut caliditas, K quæ dr̄ de igne, & cæteris rebus calidis. Et eorũ sunt quæ dñr nomine deriuato à nominibus, vt si dixeris phlebotomum medicinalem, locũ bonum & domum bonam, veram seruitutem, & veram sapientiam.

De Analogis.

ET rerum comparatarum ad rẽ vnã, quędã cõparãtur ad ipsam ſm prioritatẽ, & posterioritatẽ, sicut est cõparatio multorũ prædicamentorũ & specierũ eorum ad substantiam. Et earũ sunt, quarũ cõparatio ad ipsam est in gradu vno. Et earũ L sunt quarũ cõparatio fuerit ad res diuersas consil̄es. sicut est principiũ, quod dr̄ de corde aĩalis, & de fundamento domus, & de extremo viæ. vel erit eis ad rem vnã cõparatio diuersa, ac si diceres vuam vinosam, & faciẽ vinosam. Et istæ species, exceptis primis duabus speciebus, sunt notæ in noĩbus analogis. Sicq;, qñ intenderimus formationẽ illius, qđ sign̄at nomen æquiuocũ, vel analogum, continget, vt diuidamus istas res, super quas sign̄ant nomina, & quæremus in singulis earũ formationem in eo quod determinat ipsam. & si non, errabimus, & accipie- M mus res multas, ac si essent res vna.

De Synonymis.

ET eorũ sunt noĩa synonyma, & sunt noĩa plura significantia vnam rẽ: sicut vestis, tunica, & indumentũ, & ipsum est oĩno contrariũ nominis ęquiuoci, & decebit in hoc apud qõnem formationis, ꝙ nõ aspiciamus multitudinem nominum.

De Vniuocis.

ET eorum sunt noĩa vniuoca, & sunt noĩa sign̄antia sup vnã rẽ cõem plurib⁹ rebus spẽ vel numero, sicut aĩal & hõ, quorũ vtrũq; sign̄at super rem vnã. & in hoc nõ accidet error

A error apud formationem penitus.

De disperatis. ET eorum sunt noĩa disperata, & sunt ea, quorũ vnumquodq; significat super rem aliã ab ea, quã significat aliud: sicut substantia, & quãtitas, & situs. Et cõtingit his duabus speciebus vniuocis & disperatis, ꝙ sint dictiones conuenientes reb⁹: & ideo ipsa sunt, quibus magis vtitur processus demonstratiuus.

De translatis. ET eorum sunt noĩa translata, & sunt ea noĩa, q̃ transferuntur rebus artificialibus à rebus vulgaribus, vel ex siẽtudine earũ rebus vulgaribus, sicut alzamaz in lingua Arabũ, quo vtunť in arte scriptoria, & B arte tribuendi bestias admissarijs, vel per dependentiã earum ꝼm alios modos depẽdentię, sicut vocatur sermo artium noĩe efficientis sui apud vulgares, vel à fine suo, vel parte sui, vel aliquo accidentiũ eius. Et de his itaq; conuenit, ꝙ non intelligamus ab eis significationẽ publicam vulgaribus, qñ vtimur eis in artibus.

De accõmodatis. ET eorũ sunt noĩa accõmodata, & sunt q̃ accõmodanť rei absq; hoc, ꝙ sit gradus suus ꝼm ipsum, & hæc est dr̃ia inter ipsum & translatum. Et diuisiones suæ primæ sunt C ꝼm diuisionem nominis translati.

De cõi & speciali. ET eorum sunt quæ dñr ꝼm cõe & speciale, sicut est nomẽ, quod dr̃ de genere aliquo & dr̃ de specie eius, sicut hoc nomen almisteri, qđ dr̃ Arabice de omnibus astris cœlestibus, & dicitur de astro singulari stellarum erraticarum, & sicut accidens, quod dicitur de accidente scripto in ista arte, & de proprio.

De Denominatiuis. ET eorum sunt noĩa denominatiua, & sunt illa, quæ dñr primo de re denudata in intellectu ab omni eo qđ secum ligatur, & deinde transmutať trãsmutatione significãte super intentiones istarũ rerũ in subiecto: sicut hæc dictio albedo, q̃ sigñat primo super rem denudatã in intellectu, & vlterius transmutať ad albũ, & sigñatur per ipsum super rẽ inuẽtionis albedinis in subiecto. Et nomẽ, cuius est consuetudo ꝙ transmuteť, ipsum est exẽplare primũ, & illud, ad qđ transmutatur, est denominatiuum. Et in hoc iã solent errare in speciebus elenchorũ. & hoc cõtingit in eo, quod fuerit siẽe exẽplari primo, & ipsum est in rei veritate denominatiuũ. & si dixeris denariũ impressionem principis, hoc est im- E pressum à principe. & aliqñ erit ecõuerso, hoc est, ꝙ illius figura sit figura nominis denominatiui, & ipsum non sit denominatiuum, vt viuum, qđ significat oppositum inanimati.

Sermo de rebus agentibus formationem. Cap. 2.

Verũtamen numerus ſpẽrũ ſyllꝰorum ingredientium ſub vnũquodq; iſtorũ generũ trium cõcludentium ex eis, & non cõcludentiũ, ſm ꝙ dat ipſa diuiſio, & manifeſtatꝰ ex ſermone præcedente, ſunt triginta ſex cõbinationes in qualibet figura. Qm̃ omnis ſyllꝰs cõponitꝰ ex duabus præmiſſis (ſicut declaratum eſt:) & duę præmiſſæ vel erunt affirmatiuæ ſimul, vꝉ erunt negatiuę ſimul, vꝉ erit vna earũ affirmatiua & altera negatiua: & hoc duobus modis, vel ꝙ ſit maior negatiua & minor affirmatiua, vel ẽ ɔ̃tra. Et in vnaquaq; iſtarum quatuor partiũ, quæ ſunt ei ex parte negationis & affirmationis, vel erũt præmiſſæ acceptæ vniuerſales ſimul, vel particulares ſimul, vel indefinitę ſimul, vꝉ erunt maior particularis, & minor indefinita, & ẽ contra: & ſic in alijs. Et dũ multiplicabuntꝰ iſtæ partes, q̃ ſunt ei ex parte quantitatis, in quatuor, quæ ſunt ei ex parte qualitatis, i. affirmationis & negationis, contingẽtꝰ ex hoc cuilibet figuræ triginta ſex combinationes: & hoc ẽt in vnaquaq; trium materierũ, ſ. inexñtis, neceſſarij, & poſſis ſm plus, vel æqualiter, & in miſtis ex eis. Sed iſtæ trigintaſex cõbinationes duplicabuntur in ſyllꝰis miſtis: & hoc, quia inuenietꝰ in eis, ex maiori eius, gratia exẽpli, inexñte, & minori neceſſaria, vel ex oppoſito huius, i. ex maiori ſua neceſſaria & minori ſua inexiſtente. Iſtæ itaq; ſunt cõbinationes ſpecierũ ſyllꝰorũ ſm ꝙ traderet eas ſermo præcedens: qm̃ oĩs ſyllꝰs componitur ex duabus præmiſſis*: Veruntamen coniungetꝰ huic, qđ erit ſm quantitatẽ ſuã, qđ cõtinget abſq; hoc, ꝙ ſit vna earum affirmatiua, quantacũq; fuerit ſm quantitatẽ, & altera vꝉis, qualiſcũq; fuerit ſm qualitatẽ ſuã. Verũtamen vnã earũ eſſe affirmatiuam & alterã vꝉem, iam per hoc erit neceſſario compoſitio. Et iſta eſt diſpõ dicti de oĩ conditionato in ſyllꝰis concludentibus, qm̃ diſpõ dicti de oĩ, ſicut dictum eſt, ipſa eſt, dum res prædicata fuerit inexiſtentis, vel poſſis, vel neceſſaria de oĩ eo, qđ denominatur per ſubm ſuum, & prædicabitur de toto ſubiecto prædicatione affirmatiua, & ſimpꝉr, id eſt vera ſm modos tres, abſq; hoc, ꝙ mutetur in denominatione ſua modus inuentionis: ſed ſolũ neceſſarius vel poſſis, ſicut ſi dixe-

C D E F

*Bur. le. Cũ igitur huic addiderimus, qđ ẽ reliquũ ĩ definitione eo ꝙ ẽ cõſequẽtia neceſſaria ecce nõ prouenit hæc ex iſtis ꝓpõnibus, qualitercũq; accideret, niſi vt ſit vna Fieri pñi conſequẽtia neceſſaria ex duabꝰ aſ-

G firmatiuis qñ ná possit, & qño. Dictũ de oĩ ad mẽtẽ Aristo. Dictũ de oĩ qũo sit ĩ syllo ad quęsitum determinatum.

si dixerim', aĩal necessariò de oĩ ambulãte, vel fuerit res negata necessariò, vel inexñs, vel poss : & quicqd denoĩabit per subiectũ suũ simplr, absq; hoc ꝙ mutetur in ista denominatione modus aliqs: sicut si dixerimus hominẽ necessariò ęqualiter de alio. Et istud est, qđ verificat Abunazar ꝙ sit intentio Aris. in vtẽdo dici de omni in isto libro, qui ẽ radix & principium in oĩbus syllis cõcludentibus, sed cõditionauit hic in dici de oĩ affirmationem simplr absque modo determinato, immo verã oĩbus modis, qa iste erit cõcludẽs ĩ omnibus materijs, e conuerso H illius, quod se habet in demonstratione, quia cõditionatũ est ibi cum hoc, ꝙ sit dictum ƒm affirmationẽ necessariã. Et nisi eueniret necessitas cõclusionis ƒm accidens, qñ accepta fuerit illa habitudo, quę est inter duas præmissas ad quęsitum indeterminatũ, & qualitercunq; cõtigerit, sufficeret huic, ꝙ sit vna earũ quęcunq; fuerit affirmatiua, qualisc ũq; fuerit ƒm quantitatẽ suã, & altera vlis qualiscũq; fuerit ƒm qualitatẽ suã. Veruntñ, dum accipiet ista habitudo, q̃ est inter duas præmissas in respectu ad quæsitũ determinatum, qđ est intentũ in hoc libro, I maior necessariò est vlis, & minor affirmatiua Et ideo reliquit Aristo. figurã quartam, quam posuit Galenus. Et illa habitudo inter duas præmissas est in spẽbus concludentibus primę figuræ inuẽta in actu: sed inuentio ipsius ĩ scđa figura, & tertia est in potẽtia, & iccirco, quę ex illis non reducitur ad figuram primam per cõuersionem vel suppositionẽ, non erit spẽs syllogistica: qm̃ non erit in ea dispõ dicti de oĩ nec in potentia, neq; in actu. Et dum exquisi K ueris triginta sex cõbinationes, quę sunt in prima figura, hoc est in materijs tribus, s. inexistẽte, necessaria, & posi, nõ inerit ista habitudo, nisi quatuor spẽb' ex eis, & hoc in vnaquaq; materia & silr in mistis: sed illæ duplicanť sicut diximus, & erũt octo. Nostra itaq; intentio est, ꝙ loquamur de istis spẽbus, quæ sunt in materia necessaria & posi vt plus, quia illæ sunt, quibus vtunť in sciẽtijs, ac etiã non est dria inter syllos in istis duabus materijs, & in materia inexñte in ista figura, secũda, & tertia. Est aũt inexistens ƒm ꝙ visum fuit* Alexandro, & Abunazar Alphario, illa, quę est inuenta in actu tpe præsenti. Aut prout visum est Theophrasto & Themist. illa, q̃ est dicta simplr absq; ꝙ coniungatur eis modus inexistẽs, sed ex eo, ꝙ prædicabitur in intellectu*inuẽtione simpliciter absq; hoc, quòd connectať eis modus oĩno. Sermo vero de syllis, q erũt de posibus æqualiter, nõ ẽ incõueniẽs nrę intẽtioni. L

* Bur. l. Aristot.

* Bur. l. ꝓdicatiõe.

De prima figura. Cap. 2.

Primus modus primæ figuræ.

PRima itaq; specierũ concludentium cõponetur ex duab' præmissis vlibus affirmatiuis concludẽ M tibus vlem affirmatiuam. Exemplũ huius in materia necessaria est, oẽ corpus est cõpositum: & oẽ cõpositum est nouũ: conclusio est, oẽ corpus est nouũ: & hæc est manifesta in cõcludendo. Et ad oñdendum dispositionem dicti de omni ĩ ea est: qm̃ nouum est prædicatũ de omni, qđ denominať per compositionẽ, & corpus fuit denominatũ per eã: sicq; necessario prædicabitur nouũ de corpore. Et exemplum huius in de posi vt plus est, oĩ perseuerãti ingressum

A gressum balnei post saturitatē accidit oppilatio: & oīs, cui accidit oppilatio, febricitabit: conclusio est, oīs ingrediēs balneū post saturitatem febricitabit. Et hæc ēt est manifesta in cōcludēdo, sicut est in necessaria.

Secūdus modus.

Species secunda cōponetur ex duabus præmissis, quarū maior est negatiua vl'is, & minor affirmatiua vl'is, quæ concludunt negatiuam vl'em. Exemplum huius in necessaria est, oē corpus est compositum: & nullum compositum est ęternū: conclusio est, nullū corpus est ęternū. Et hoc est manifestæ conclusionis: qm̄ æternū acceptum est negatum ab omni eo qđ denominatur per cōpositionem in præmissa B maiori, & corpus suppositū est in præmissa minori denoīatum per illud. Et exemplū huius in de pos'i vt pl⁹, est: omnis mūdi* in meatibus calor naturalis extēditur per omnia eius membra: & nulli, cuius extenditur calor naturalis per oīa mēbra, accidit febris: cōcl'io est, nulli mūdo in meatib⁹ accidit febris putredinalis.

*Bur.l ab excessib⁹.

Tertius modus.

Species tertia componetur ex duabus præmissis, quarū maior est C affirmatiua vl'is, & minor affirmatiua particularis, & cōcludit affirmatiuā particularē. Exemplū huius in necessaria, aliqua corpora sunt cōposita ex cōtrarijs: & oē cōpositum ex cōtrarijs est corruptibile: concludet, ꝙ aliqua corpora sunt corruptibilia, qa ista aliq̄ ingrediunt sub cōposito ex cōtrarijs, & denoīantur p ipsum. Et exemplū huius in pos'i vt plus est: aliquibus hoībus dū comedunt stypticū post cibū, humectat venter eorū: & omnis cuius hæc est consuetudo iam corpus suū nō accipiet nutrimentū ſm ꝙ indigebit eo: ergo aliqui hoīes, qui comedūt D stypticū post cibum, non accipient nutrimētum ſm ꝙ indigebunt eo.

Quartus modus.

Species quarta cōponitur ex duabus præmissis, quarū maior est negatiua vl'is, & minor affirmatiua particularis concludens negatiuam particularē. Exemplū huius in materia necessaria est, aliqua corpora simplicia habent contrariū: & nullum habens cōtrariū est perpetuū: cōcludit, aliq̄ corpora simplicia nō sunt perpetua. Et exemplū huius ī materia pos'i est, aliq sunt hoīes, in quorū stomacho acetosatur nutrimentū: & nulli, in cuius stomacho E acetosat nutrimētum, accidit pleuresis: cōclusio est, aliqui sunt homines, quibus non accidit pleuresis. Veruntā speciebus mistis istarum materierum nō vtit ipsis ars* theorica, sed artes operatiuæ, sicut est ars medicinæ & aliæ ab ea apud id, qđ descendit in eas in perscrutatiōe dispōnis singularium: qm̄ illę vtūtur speciebus mistiōis, quarum minor est inexistens singularis, vel pos'is, & maior eius necessaria. Exemplū huius, cuius minor est inexistens & F maior sua necessaria est, istū ęgrum habet febris, & tussis, & dolor acut⁹ & sputū extēsum est subtile: & omnis, cuius hæc est dispō, habet apostema in pleura: conclusio est, iste ęger habet apostema ī pleura. Exēplum illius, cuius minor est pos'is vt plurimū, & maior sua necessaria, ē, huic ęgro, qui habet dolorem continuum & emicraneū, est timendus descensus aquę in eius oculū: & cuicunq; est timendus descensus aquę in oculū perdet visum: cōclusio est, iste æger pos'e est ꝙ perdat visum. Et exemplum illius, cuius minor ē inexi-

Speciebus syllorum mistorū vtūtur artes operatiuę.

†Bur.l. artifex diuinus.

Nota, ꝙ iste modus indiger consideratiōe, & maxime, an cōcludat p dictū de omni.

G inexistens & maior pos̃is vt plurimũ, est, istũ ægrũ habet febris acuta, & ipse ostendit eius vrinã in aliquo dierũ indicãtium chrisim albã discolorem, postquã fuerat colorata, & cuius est talis dispõ timebim⁹ nouũ apostema in cerebro suo: conclusio est, isti fiet nouum apostema ĩ cerebro suo. Et certe cõclusio mistarum est ipsa ẽt manifesta ex dispõne dicti de oĩ. Modus vero conclusionis earum sequit̃ præmissam maiorem: & hoc fit pp necessitatẽ dicti de oĩ, dũ obseruabis in illo id, de quo meminimus, & fuerit materia cõueniens illi, qđ conditiona-
H tum fuit in eo: tamen iam accidit in aliquibus materiebus, quòd concludant conclusiones plures cõtrarias, & specialiter cuius maior fuerit necessaria vel inexistens, & eius minor fuerit pos̃is. Et iam præcessit exẽplum huius, cuius cãm declarare esset longũ. Et in summa in modis conclusionum mistionis istarũ præmissarũ est multa discordia inter sapiẽtes. Sed res est per se manifesta, in quibus concludent istę species simplices, de quib⁹ meminim⁹. Ista itaq; est summa specierũ syllo-
I rum, quibus vtẽdum est in demr̃onibus occurrentibus in ista figura. Sed Philosophi non vtuntur in demr̃onib⁹ illo syl̃lo, cuius altera prę missarum est particularis, nisi ponantur in dispõne, qua erunt in eo vl̃es. Exempli gratia, quia nos dum voluerimus, ꝙ conuertamus istam præmissam vl̃em. s aliqui sunt homines, quib⁹ acetosatur nutrimẽtũ in suo stomacho, ĩ sũma accipiem⁹ ipsam mõ quo ponamus eã vl̃em, & sic est pos̃e ꝙ faciamus istud ĩ reliquis spẽbus particularibus, & re-

Nota hoc dictũ, de quo etiã supra notauimus.

uertetur in vl̃em. Et dum fuit hoc K
ita, iam spẽs vl̃es istius figuræ sunt, quibus vtunt̃ artes demõstratiuæ: sed vsus earum est in qõne demonstrationum, dum intenditur per eas destructio vl̃is solum. At etiam, qm̃ spẽrum cõcludentium in figura secunda & tertia cõclusio manifestabit̃ vt plurimũ ex hoc in reductione earum ad figurã primã, & fuit illarum reductio ad figurã primam certe per conuersionem solum, vel per conuersionem & suppositionem. Et cõuersio est, ꝙ partes enũtiationis continuo conuertant̃, & ipsius subiecta in prædicata & ipsius præ- L
dicata in subiecta, & remaneãt obseruatę qualitas & veritas ei⁹. Sicq; cõuenit ante hoc, quòd declaremus propõnes cõuertibiles & ipsas secernamus à non conuertibilibus. Iam itaq; manifestum est ex eo qđ præcessit, ꝙ præmissæ ex parte signorũ sunt quatuor, vel negatiua vl̃is, vel affirmatiua vl̃is, vel negatiua particularis, vł affirmatiua particularis. Et negatiua quidem vl̃is cõuertetur obseruãs veritatem & quãtitatem, & qualitatẽ. sicut si dixerimus, nullus hõ est lapis, nullus lapis est hõ: & hoc videt̃ ex eo ꝙ partes ei⁹ sunt M
expoliatę & negatæ ab alterutris in fine diuersitatis, & nõ cõnectuntur in aliqua re omnino: & omne, à quo aufertur aliqua res, aufert̃ illud ab illa alia. Veruntamen affirmatiua vl̃is conuertet̃ particularis, & obseruabit qualitatẽ & veritatẽ, & nõ obseruabit quãtitatem. Et dispõ cõuersionis suæ particularis est manifesta: quia ista est, quæ inuenietur in oĩbus materiebus, & non animaduertet̃ hic in proprietatibus cõuertibilibus, quia hoc nõ est necessa-

Spẽs vl̃es primæ figurę quæ sint.

De resolutiõe aliarum figurarum ad primam.

Cõuersio quid sit.

Quęnam sint propositiões conuertibiles.

A cessarium, neq; perseuerās in quantum ipsa est affirmatiua vl'is. Affirmatiua verò particularis ipsa conuertetur etiā obseruās veritatem in quātitate sua & qualitate: quia partes ipsius nō auferunt oīno ab hac parte, sicq; illa est illis simul. Negatiua vero particularis nō obseruat in suis cōuersionibus veritatem in qualitate sua, neq; ī quātitate. sicut si dixerimus aliqđ animal non est homo: qm̄ non verificabitur aliqs hō non est aīal: & ista cōuersio est inuenta in enūtiationibus necessarijs, & poſ'ibus vt plurimum: & illæ

B sunt, de qbus intēdimus in ista materia hic. Exemplum negatiuæ vniuersalis in poſ'i vt plurimū est, nulli mundo venarum ab oppilationibus accidet febris putrida, quia ista conuertetur, nulli cui accidet febris putrida est mundus venarū ab oppilationibus: & sic inuenitur res in reliquis istarum præmissarū cōuertibilium in hoc, & nō cōuertibiliū.

Huius oppositū asseruit in Prioribus Analiticis.

De figura secunda. *Cap. 3.*

Prim⁹ modus secūdę figurę.

CONclusio quoq; istius figuræ est ſm quatuor species. Speciei primæ maior ē negatiua vl'is & minor affirmatiua vniuersalis, & con-

C cludūt negatiuā vl'em. Exemplum huius in materijs necessarijs est, oē corpus est cōpositum: & nullū antiquū est cōpositum: conclusio est, nullū corpus est antiquum, qm̄ negatiua vl'is conuertetur, reductione sui ad speciē secundā figurę primę. Exemplū huius, ī materia poſ'i est, à nullo, à quo nō remota est febris in principio suę ęgritudinis, est remota post digestionem in chrisi: & ab oī, à quo remota est febris in die laudabili, est remota post digestionem ī chrisi: cōclusio est, à nullo, à quo remota est febris in principio D febris, est remota in die laudabili. qm̄ negatiua vl'is conuertetur & reducetur ista spēs ad spēm secūdam figuræ primæ in materia possibili.

Secundus modus ī secunda.

Speciei secūdę maior sua est affirmatiua vl'is, & minor sua negatiua vl'is, & conclusio negatiua vl'is. Exēplū huius in materia necessaria est: Nullum antiquum est cōpositum: oē corpus est cōpositum: concluditur, nullum antiquū est corpus, qm̄ dum conuertetur in istam speciem & reducetur ad figurā primam, erit maior, postquā fuit hic minor, qm̄ nō concluditur in figura prima, qn̄ E minor fuerit negatiua. Et concludetur, nullū corpus est antiquum. Rursus cōuertetur hæc, & concludetur, nullum antiquū est corpus: & hoc declarabitur sicut dictū est duabus cōuersionibus, conuersione ꝑmissæ & conuersione cōclusionis. Et exemplū huius in poſ'i est, oīs, cui ē febris ephemera, habet vrinā in principio suæ ægritudinis, in qua sit sedimen æquale: & nullum, cui est febris putrida, est hmōi: conclusio est, nullus, cui est febris ephemera, ē febris putrida. Et, quoniam negatiua est vniuersalis, dum cōuertetur maior, F & reducetur in primam figuram, concludetur, nullum febricitantem febre ephemera habet febris putrida. Amplius conuertetur hæc, & cō cludetur, nullum febricitantem febre putrida habet febris ephemera.

Tertius modus.

Species tertia habet maiorem suā negatiuā vl'em, & minorē affirmatiuā particularē, & concluditur negatiua particularis Gratia exempli, aliqua corpora sunt mobilia sursū. nullū corpus graue est mobile sursum: concludetur, aliqua corpora

non

G non sunt grauia. quoniam vniuersalis negatiua conuertetur, & reducetur in speciem quartā figuræ primæ. Et exemplum huius in poſſ ē, aliquos febricitātes habet dolor capitis: & nullum mundū stomacho habet dolor capitis: & concludetur per cōuersionem in illā, aliq febricitantes non sunt mundi stomacho.

Quartus modus. Speciei quartæ maior est affirmatiua vl's, & minor negatiua particularis. Exemplū huius est in necessaria, oī corpori est locus: & aliquibus entibus nō est locus: cōcludet̃, H aliqua entia non sunt corpora. Et hoc est manifestū, dū supponemus istam partē esse creatorē excelsum. & cōponetur syll's sic per cōuersionem negatiuę, oī corpori est locus: & nullus locus est creatori excelso: & concludet̃, nullū corpus est creator. Amplius conuertet̃ hęc, & concludet̃, creator nō est corp⁹, & illud est q̃situm. & hoc per reductionem suā in speciem secundā istiusmet figuræ. Et istius speciei declarabitur ipsius conclusio per suppōnem, & duas conuersiones, s. per cōuersionē I premissæ, & cōuersionem cōclusionis. Et exemplum huius in materia poſſi est, cuiusq; febricitantis febre acuta terminabitur. febris ipsius in chrisi: & aliquę febres nō terminantur in chrisi: & concludit̃, aliquæ febres non sunt febres acutæ. Et dum supponemus hanc febris partē esse febrem lenē, deinde conuertet̃ præmissa maior, & concludet̃, nullus febricitās febre acuta febricitat febre leni: vlterius cōuertet̃ ista cōclusio, & cōcludet̃, nullus febricitans febre leni habet suā febrem acutam. Proprietates autē huius figuræ sunt ꝙ nō cōcludat ex duab⁹ affirmatiuis.

Et aliqñ componetur in istis figuris in artibus factiuis syll's, cuius minor sit inexistens singularis vel possibilis, & maior necessaria vel poſſis. K Mistiōes, quæ sūt in figura secunda. Exemplum illius, cuius minor fuerit inexistens vel poſſis singularis, & maior necessaria est, iste æger vigilat: nullus apopleticus vigilat: igit̃ iste ęger nō est apopleticus. Et hoc est per conuersionem negatiuę ſm dispōnem illius, qđ pręcessit. Et exēplum illius, cuius minor est inexistens, & maior poſſis est, iste ęger est turbati intellectus, & imaginatur ꝙ super oēs pānos suos sint pili, quos L colligit: & nullus, cuius cerebrū est tutum ab apostematibus, est huius dispōnis: concludet̃ per cōuersionē negatiuę, istius ęgri cerebrum non est tutum ab apostematib⁹. Et exēplum illius, cuius minor est poſſis, & maior necessaria est, isti ægro, q moratus est in Sole tēporibus æstiuis adeo ꝙ cerebrum suum est supcalefactum, secundum complexionē adueniet vigilia & paucitas somni: & nulli apopletico est vigilia & M paucitas somni: conclusio est, iste ęger impoſſe est, ꝙ fiat apopleticus.

De figura tertia. *Cap.* 4.

Istius aūt figuræ nulla spē solent vti sermones speculatiui: & hoc ex quo cōclusio earum est particularis, & ī sciētijs cōcludunt̃ demr̃abiles vl'es, ſm quod declaratum est in libro Posteriorū. Et ideo primū in ea est, ꝙ ipsius scientia sit secundum modū reduplicationis. Et insinuabimus eius species cōcludētes simpl'r absq; hoc, ꝙ inspiciamus aliquem modum omnino, prout dixeris de inexistente ſm opinionem Theophrasti, quia hoc non nocebit hīc secundū nostrā opinionem.

Et suæ

A Et suæ species cōcludentes sunt sex. Prima species cōcludet ex duabus vl'ibus affirmatiuis conclusionē affirmatiuam particularem. Omnis scīa speculatiua docetur: & oīs scientia speculatiua est virtus: conclusio est, aliqua virtus docet. Quādo minor cōuertitur particularis, & reducet in speciem tertiā figuræ primæ.

Primus mod⁹ tertiæ figuræ

Secūdus modus tertiæ.

Speciei secundæ maior est negatiua vl'is, & minor eius affirmatiua vl'is: & concludet negatiuam particularem: quoniam minor conuertetur particularis, & reducet ad speciem quartā figuræ primæ. Exēplū B huius est, nulla scientia speculatiua est fm naturam: & omnis scientia speculatiua est virtus: concludetur, aliqua virtus non est fm naturam.

Tertius modus.

Tertiæ speciei maior est affirmatiua vl'is, & ei⁹ minor est affirmatiua particularis. Exemplū huius est, oīs homo est aīal: & aliquis hō ē albus cōcludetur, aliqđ albū est aīal: qm̄ minor particularis cōuertet, & erit, aliquod, quod est albū, est homo, & oīs homo est animal: sicq; reducetur ad speciē tertiam primæ figuræ.

Quartus modus.

Quartæ speciei maior est affirmatiua particularis, & minor affirmatiua vl'is, & concludetur affirmati- C ua particularis. Exemplum huius est, aliquod animal est albū: omne animal est corpus: concludetur, aliqua corpora sunt alba. quoniā maior particularis conuertetur, & redibit minor, & componet oratio sic. Aliquod albū est animal: & omne animal est corpus: cōcludet, aliqđ albū est corpus, & ista ē spēs tertiæ figuræ primæ: deinde conuertetur ista conclusio, & reducetur, aliqua corpora sunt alba. Et ita fuit equidē, qm̄ particularis redibit minor in figura prima, & erat hic maior. D

Quintus modus.

Quintæ speciei maior est negatiua vl'is, & eius minor affirmatiua particularis: & concludet negatiua particularis. Exemplū huius est, nullū animal est lapis: aliqđ aīal est albū: concludetur, aliqđ albū non est lapis. qm̄ maior conuertetur, & reducetur, aliqđ albū est animal, & nullū aīal est lapis, & reducetur ad speciem quartam figuræ primæ, & concludetur, aliqđ album nō est lapis.

Sextus modus. E

Sextæ speciei maior est negatiua particularis, & minor affirmatiua vl'is, & concludetur negatiua particularis. Exēplum huius est dictum nostrū, aliqđ animal nō est album: & omne aīal est corpus: & concludetur, aliquod corpus non est albū. Et hoc fit, qn̄ reducemus eam per suppositionem ad speciem secundā istiusmet figuræ: qm̄ ista pars animalium, ex qua negabatur albedo, sicut supposuimus, exempli gratia sit coruus, & fuerit dispositio illius, nullus coruus est albus, & omnis F coruus est corpus, reducetur ad speciem secundā istius eiusdē figuræ: & iā fuit declaratū de ea qualiter reducat ad figurā primam. Iste itaq; sermo fit de oībus speciebus syllogismorum categoricorum: & conuenit post hoc, q̄ procedam⁹ ad sermonē de syllogismo conditionali.

Mod⁹ positiōis, de quo loquitur Philosophus in dfinitiōe syll'i, ē duplex, prædicatiōis & condōnis ex quo nota, q̄ vult definitionem syll'i cōpetere, etiā syl'o hypothetico, cui oppositū asserunt Græci, & alij m'tu.

Sermo de syllogismo Conditionali. C. 5.

Quoniam aūt iā acceptū est in definitione syll'i, q̄ ipse sit orō in qua positæ sunt res plusquam vna: & fuit modus positionis duplex: quorum vnus est modus prædicationis, & alter est modus cōditionis, iam vtiq; decet q̄ sermonē trāsferamus in hoc. Syllogismus itaq; conditionalis vniuersaliter cōponit ex

G ex duabus præmissis maiori & minori: & maior cōponitur ex duab⁹ præmissis categoricis, in quibus cōnectitur dictio conditionis: & minor est pars istius maioris, & ipsa ē repetita duarum præmissarum categoricarū, ex quibus cōponitur maior. Et pars vna syllogismi cōditionalis, quę est causa cōsecutionis, vocabitur añcedēs, & pars altera, quæ est sequēs, appellabitur cōsequens.

Syllī cōditionales, hoc ē suppositorij, sunt duarū spērū.

Sylłi quidem conditionales diuidūtur primo fm partes dictionum conditionis, in coniunctum, & disiunctū. Coniunctus aūt est, in quo

H coniunctæ sunt dictiones cōiunctionis, vt sunt, si & dum. Disiūctus autem est, in quo coniungūtur dictiones disiunctionis, vt est, vel. Verūtamē coniunctus cōponitur ex duabus consequentibus, & disiūctus cōponitur ex duabus contradictorijs.

De conditionalib⁹ cōiūctis.

Loquemur autē primo de syllīs coniunctis. Et iam extimatur de ipsis ꝙ diuidant primo fm diuisionē consequentiū. Qm̄ consequentia quædam sunt * perfecta consecutione: & sunt, q̄ ex inuētione vtriusque sequit alterutrius inuentio: sicut est ortus Solis, & inuētio diei: & quædam sunt, quę nō sunt perfecta

Prima species, q̄ est syllīs cōiūctus, siue cōtinuus q̄ diuidit fm diuisionem cōsequentium.

I consecutione, sicut est inuētio vni⁹ ex inuentione duorū. Et iō coniunctus diuiditur silr in duas partes, illa quidē, quæ componat ex duab⁹ perfectis concludentibus, sunt duarum specierū, quarum vna est repetens antecedens per se, & cōcludens consequens ꝑ se: sicut si dixerimus, si sit hoc visibile hō, ipsum est aīal: sed est homo, ipsum itaq; necessario est animal. Et iste est manifestus conclusione per se, qm̄ positum est sic: quia dū antecedens fuerit inuentū, consequens itaq; est inuentum.

*Bur. l. mutua.

K In secunda aūt specie repetitur oppositū consequentis, & concluditur oppositū antecedentis. qm̄ hoc etiā manifestabitur ꝓxime, ꝙ hic concludat: qm̄, dum consequens fuerit necessariæ consecutionis ab antecedente, nō aufertur quin sit vl̄ius eo, vel ęquale sibi: si fuerit æquale sibi, res in eo est manifesta: qm̄, dum aufertur ipsum, aufertur antecedens. sicut si dixerimus, si fuerit hoc visibile hō, iā ipsum est risibile, sed ip̄m non est risibile, sicq; ipsum non est hō: & si fuerit vl̄ius ipsum, sequeret ipsum necessario, ꝙ dum aufertur,

Secundū syllogismorū cōtinuorū.

L auferatur antecedens. exemplū huius est, qm̄ dum acceperim⁹ hominē antecedentē, & aīal consequens, sequetur itaque ex ablatione aīalis ablatio hoīs, quia in magis vl̄e ingreditur ipsum particulare, & non sequitur ex ablatione hominis ablatio aīalis, neq; ex inuentione aīalis inuētio hoīs. Et ideo duæ aliæ spēs isti⁹ syllī fm ꝙ tribuit ipsa diuisio, quę sunt, in quibus repetitur oppositum antecedentis, vel ipsummet, non concludunt. Verūtamē, si esset ista declaratio in cōpositione affirmationis cū affirmatione, ipsa foret sufficiens. Sed in cōpositione affir-

M mationis cū negatione, vel negationis cū negatione, sicut videbitur ex sermone nr̄o, ipsa est insufficiens. Et iō dignius est ꝙ quęramus demr̄onem de eo, ꝙ ad repetitionem oppositi cōsequentis simpl̄r sequatur oppositum antecedentis in prima specie istius syllī. Et declarabitur hoc fm istam viam, dum dicemus, ꝙ si non sequatur ab illo oppositum antecedentis, iam sequeretur ipsummet antecedens: sed dū posuerimus,

Nota probationē qūo ex opposito cōsequentis sequit oppositū antecedēs.

ꝙ

ꝙ antecedens inueniatur, qñ inue-
A nitur consequẽs, sequeretur ex hoc, ꝙ dum posuerimus oppositum consequentis inuentũ, inueniatᷓ consequens, & sequeretᷓ ex ablatione rei ipsius inuẽtio: istud aũt est falsum. Proprietates aũt istarũ duarũ specierum concludentium huius syl̃li sunt, ꝙ antecedens in eo semper sit antecedens naturalr̃, & cõsequẽs in eo sit necessariũ, & sequatur ex inuẽtione antecedẽtis, & nõ sequatur añcedens ex inuentione cõsequẽtis. Veruntñ species, quæ componũtur ex compositis, quę sunt perfectę cõ-
B secutionis, sunt quatuor oẽs species cõcludẽtes. Quarum vna est, in qua repetitᷓ antecedẽs, & concluditᷓ cõsequens, sicut exactũ est in alijs ꝑter ꝑfectos consecutionis. Scd̃a autem repetit ipsum idem consequẽs, & concludit ipsum idẽ antecedens: & hæc etiã est manifestæ conclusionis, ex parte qua positũ est vtrũq; eorum necessariò consequẽs ex inuentione alterius. In tertia aũt repetitᷓ oppositũ consequentis, & cõcluditur oppositum antecedentis, & ista ẽt est manifestæ cõclusionis ex parte qua est perfectæ consecutionis. Sed in quar-
C ta repetitur oppositũ añcedentis, & concluditur oppositũ consequẽtis. Exempla aũt istarum quatuor specierũ sunt hæc, videlicet. Primæ quidem est, vt si dixerimus, si sol ortus est, iã dies inuenitᷓ, sed sol ortus est, ergo dies inuenitur. Exẽplũ scd̃æ est in hoc eodẽ exẽplari, sed dies inuenitur, ergo sol ortus ẽ. Et tertię, sed dies nõ inuenitᷓ, ergo sol non est ortus. Sed quartæ est, dũ dixerim⁹, sed sol non est ortus, ergo dies nõ inuenitᷓ: nec est dr̃ia inter quodcũq; acceperimus repetitũ ex parte conclusionũ, sed trãsmutabitᷓ altera earum D
ex parte intenti conclusionis ipsius. Et hoc dũ intenderemus, (gr̃a exempli,) cõcludere ꝙ dies inueniatᷓ, non repetetur nisi ipsum idẽ antecedẽs, quod est, sol ortus est: sicq; dũ intẽderemus hãc, sol nõ ortus est, repetemus oppositũ cõsequentis: & sic vr̃ de specieb⁹ alijs ꝙ repetitũ in eis mutabitᷓ equidẽ ẜm mutationẽ intẽti in conclusione. Erũt itaq; species compositæ ex conditione ẜm istam diuisionem octo, & duæ earũ, quæ sunt imperfectæ consecutionis, sunt nõ concludentes, remanent sex concludentes, nisi esset, ꝙ iam æstimatᷓ, E
ꝙ id, quod dignũ est, ꝙ sit manifestum ex principio rei in cõditionali coniuncto, sit veritas cõiunctionis, qđ vero fuerit præter hoc de ipsum essendo ꝑfectum coniunctione, aut imperfectum, iam põt esse ꝙ fuerit ignotum. Iõ quas oportet retinere ex istis spẽbus in necessarijs conclusione & in oĩ materia contigerit, siue fuerit perfectę coniunctionis vel imꝑfectæ, sunt duæ spẽs: illę, in quarum vna repetitᷓ ipsum idem antecedens, & concluditᷓ ip̃m idẽ consequens, & altera, in qua repetitᷓ oppositũ consequentis, & concluditᷓ oppositum antecedentis. Et conueniret F
arguere in istã diuisionẽ per id, qđ fecit Arist. in figura scd̃a, dum non ignorabitᷓ ĩ ea cõclusio duarũ affirmatiuarũ conuertibiliũ obseruantes in se veritatem ẜm quantitatẽ, & qualitatem: & sunt q̃ cõponuntur ex rebus appropriatis: sed decernit per illas rem necessariã semper, qm̃ cõuertibilitas aliqñ est nota, & aliqñ est ignota. Sicq; istæ sunt primæ species figurarum in conditionali cõiuncto, & diuiditᷓ vnaquæq; ista-

Species q̃ cõcludũt scd̃m ꝑfectionẽ cõsequẽtiæ, sunt quatuor.

G rum specierum in quatuor species. Qm̄ coniunctio quædã est coniunctio affirmationis cũ affirmatione: sicut si dixerimus, si tu es hõ, tu es aĩal. Et quędã est coniunctio negationis cũ affirmatione: vt si dixerimus, si esset hoc visibile, hõ nõ esset equus. Et quædã est coniunctio affirmationis cũ negatione: vt si dixerimus *si locus nõ esset, dimẽsiones separatę essent vltimũ corporis ambientis. Et q̄dã est cõiũctio negõnis cũ negõne: ꝓut si dixerimus, si hoc visibile nõ est aĩal, nõ est homo. Et dum multiplicabis istas quatuor ꝑ duas species primas secũdum istam diuisionem vltimam, erunt sex species. Et dum multiplicabuntur per diuisionem primã sex species, erũt species cõcludẽtes vigintiquatuor.

*Bur.l. si hoc viuũ nõ est plãta: ẽ aĩal.

H

Multiplicatio syllorũ cõtinuorũ secũdũ quãtitatem.

Et possibile est ꝙ multiplicentur istę species per quatuor partes, quæ sunt in pręmissis: aut ex parte quantitatis: & hoc est, quia iam est poſſe ꝙ sint antecedens & consequens simul vl'ia, aut ꝙ sint simul particularia, vel ꝙ sit vnũ eorũ vl'e & alterũ particulare: & hoc etiam ſm duas partes, vel ꝙ antecedẽs sit ipm̄ vl'e,

I & consequẽs ipsum particulare, vl' è contra. Exemplũ illius, qui componit' ex duabus vl'ibus simul, est, si omnis homo sit rõnalis, omnis hõ est risibilis. Et exemplum illius, qui componitur ex duabus particularibus simul est, si aliqđ animal sit hõ, aliquod animal est rationale necessariò. Et exemplũ illius, cuius antecedens est vl'e, & cõsequens particulare est, si oẽ contradictoriũ sequat' ex cõtradictorio, illud sequitur per accidens. Et exemplum illius, cuius antecedens est particulare, & consequens vl'e est, si aliqua dimensio sit separata possibile est, ꝙ omnes dimensiones separentur. Et sic possibile est, ꝙ sint antecedens & consequens singularia simul, vel indefinita simul, & aliqñ cõbinantur alterutris. Et vnaquæq; istarũ specierũ aliqñ habebit compositionem necessariã, & aliqñ possibilem vt plurimum, & sunt duæ species syllogismorum prouenientium ipsis sciẽtijs. Et cõuenit vt scias ꝙ antecedens in istis syll'is aliquãdo erit oratio vna, & aliqñ erunt orationes plures: sed oportet, ꝙ sit pars earũ cõditionata per alterã partem, & tunc erit potẽtia earũ, potentia antecedẽtis, quod est oratio vna: & si nõ, essent antecedentia plura. Sicut si dixerimus, si fuerit corpus infinitũ ſm oẽs dimẽsiones suas, & nõ fuerit mobile ſm partẽ eius: motus itaq; nõ inueniretur. Et sic ẽt aliqñ erũt in cõsequẽte orõnes plures, & oportet ꝙ conditionemus in eis etiã ꝙ sit potentia illarũ potentia cõsequentis vnius, & ꝙ sit vna ex eis colligata cũ alia parte. Et aliqñ erit antecedens & consequens vtrunq; compositum ex orõnibus pluribus colligatis alterutris: sicut si dixeris, si sol abscindit arcus ęquales circuli signorũ temporibus inequalibus, & sit in motu suo impoſſis velocitas & tarditas: & cõplet' tradendo suã cãm esse motũ vnũ, dignius esse q̄ ꝙ cõpleat' duobus motibus: igitur Sol exit necessariò per circulũ eccentricum à cẽtro mũdi.

K

Nota, ꝙ antecedens in hmõi cõsequentiis aliqñ est vna oratio, aliqñ plures

L

M

Sermo de conditionalibus disiunctis, vel diuisiuis. Cap. 6.

SYllogismi quidem condõnales disiũcti sunt, qui cõponũtur ex contradictorijs. Et contradictoria sunt, q̄ impoſſe est, ꝙ cõiungantur simul in vno subiecto, & ex vna parte,

Sylli hypotetici diuisiui cõponuntur ex oppositis.

&

A & in vno tempore. Sicq; in summa spẽs oppositorũ in eis sunt affirmatio & negatio, & priuatio, & habit⁹, & contraria, & relatiua. Istarũ autẽ quatuor spẽrum, quędã sunt pfectę cõtradictionis, & quædã sunt imperfectę cõtradictionis. Perfectæ cõtradictionis sunt, quarũ suę contradictiones sunt *cõtentę. Et istarũ quędam sunt, q̃ opponunť duobus solum, & quędã sunt, quæ opponunť pluribus q̃ duob⁹, & ipsæ sunt cum hoc cõtentæ. Species autẽ syllõrum istius generis sequestrantur in tres species, secũdũ diuisionem istorum B contradictorum in istas tres partes.

*Bur.l.vniuersales.

Et quæ opponũtur in duobus tm̃ sunt affirmatio & negatio, & priuatio, & habitus, & cõtraria, inter quę nõ est mediũ. Sicq; spẽs syllõrũ cõpositorũ ex istis trib⁹, q sunt speciei primæ huius syllĩ, repetetur in eis, quoduis contigerit eorũ antecedẽs vel consequens, vel oppositũ illorũ, & concludẽt. Exempla autem istorum sunt proxima. Verũtñ relatiua poſſe est, ꝙ accipiantur ſm modum coniunctionis & disiunctionis, vt si C dixerimus in coniunctione, si fuerit hic pater, ei est filius, & iste vel est pr̃, vel est filius disiunctiue. Illi autẽ sunt, qui cõponunť ex partib⁹ obijcientibus pluribus q̃ duabus, nisi ꝙ cõtradictio illarum est imperfecta.

Et illa est scd̃a species, in qua componunť contraria, inter quæ est medium determinati numeri, vt si dixeris, ista linea ẽ maior, vel minor, vel ęqualis, & ĩ ista specie repeteť ẽt quodcũq; eorũ contigerit, siue antecedẽs, vel oppositũ ipsius, siue consequens, aut eius oppositũ, & cõcludetur. Sed nõ sufficit in illis repetere vnum, sed erit repetitio illius ſm numerũ oppositorũ, sicut si repeteť D ꝙ ipsa nõ sit maior, & relinqueť ꝙ sit ęqualis, aut minor. Ampli⁹ repeteť, ꝙ ipsa nõ sit minor, & cõcludeť, ꝙ ipsa sit ęqualis: & hoc est, qđ ostẽdere intẽdimus. Et existimať ꝙ iste sit sylls̃ cõpositus ex sylls̃ pluribus condõnalibus ſm numerũ præmissarũ repetitarũ. Et propriẽ decerniť syllogismus cõditionalis disiũctus: quia antecedens in eo non est antecedens secundum naturam, & consequens consequens ſm naturam: sed aliquãdo cõuertetur antecedẽs consequẽs, & cõsequens antecedẽs.

Syllĩ diuisiui non habẽt antecedens, & consequẽs secũdũ natu-E rã se consequẽtia, sed ad se inuicem pmutari possunt.

Qui vero cõponuntur ex oppositis, quę sunt imperfectę cõtradictionis, est spẽs tertia ipsius speciei syllĩ, illi vt plurimũ cõponunť ex contrarijs, inter quę est mediũ indeterminati numeri, aut ex determinatis secũdũ se: sed syllĩ nõ explebũt illa. Et consuetudo iã extẽsa est in ista spẽ, ꝙ exprimatur expressione contradictionis cõis, vt si dixerimus, si nõ sit Sortes in Aegypto, ẽ Hierosolymę. sed est in Aegypto: ergo nõ est Hierosolymæ. Et Antiqui illã inscribebãt, ꝙ esset speciei, quæ incipit à negatiuo, & desinit in negatiuum. Et F hic expleti sunt syllĩ conditionales.

Sermo de syllogismo contrarietatis, seu ducente ad impoßibile. Cap. 7.

Dicimus autẽ de syllõ impoſſis, ꝙ ille sit compositus ex condirionali & categorico, sicq; vtemur eo hoc modo: quoniã, quando nos voluerimus ostendere verificationẽ alicuius enunciationis, accipiemus illius cõtradictoria, & connectemus ei p̃missam veram, de cuius veritate nõ dubitať, & componeť ex illa aliqua partiũ combinationũ in quauis figura, quę contigerit ex figuris

G categoricis, & dũ cõcludetur cõclusio manifestæ falsitatis, sciem⁹ ꝙ falsitas non veniat ex compõne sylli, postq̃ fuerit compositio concludẽs, neq; etiam ex ꝑmissa vera, sicq; nõ remanebit, ꝙ sit nisi ex contradictoria præmissæ dubiæ. Et dum falsificabit illius contradictoria, mox illa igitur est vera. Cuius exemplũ est, nos volumus ostendere, ꝙ mundus sit nouus, & dicemus, si non sit verũ ergo suum contradictorium est verum, & illud est, ꝙ mundus sit antiquus, & vlterius coniungetur huic præmissa, de cuius veritate non dubitat: vt, v.g. nullũ transmutabile ẽ antiquum, & sequetur inde ꝙ mundus non sit trãsmutabilis, quod est falsum. Et falsũm nõ sequitur ex ꝑmissa vera: veruntñ sequet ex ambigua in illo posita. & est dictum nostrũ, ꝙ mundus sit antiquus, ex quo sequebat falsum, sicq; ipsum est falsum necessario. Id aũt, quod est falsum, suum contradictorium est verum, quod est, ꝙ mũdus sit nouus. H

Syll's ad impos'e & oẽs hypothetici nihil cõmonstrãt absq; syllo prædicatiuo. I

Et de proprietatib⁹ huius sylli cõditionalis est, ꝙ non sufficiat ad cõcludendum absq; syllo categorico, & oẽs illi indigẽt vt cõflet ex eis cõclusio ignota syllo categorico. Sed in syllo impo'is res est manifesta, ꝙ ipse sit compositus ex categorico & conditionali. Sed hoc monstrabit in syllo conditionali coniuncto ex parte suæ suppositionis: qm̃ ille nõ significabit sua suppositione ab initio rei, ꝙ in ipso sit res nota præter connexionis coniunctionem, & remanebit hoc ex repetitione antecedentis, aut oppositi cõsequentis, atñ illius expressio est expressio dubia illius. Et dum fuerit cõsecutio ĩ eo manifesta, & repetitum in eo manifestũ, hæc res suæ expressionis nõ K est ſm hũc modũ dubiũ in illo, qñ fuit nostra intẽtio cõtinuo vere, vt exprimeremus orõnẽ expressione, qua res, quæ est in intellectu, conueniat. Sin aũt qñ hoc fiet, erit præmissa manifesta ꝑ se, cuius suppõne expressa, est expressio cõdõnis. Et hoc apparebit magis in disiũcto, qm̃ dũ fuerit repetitũ in illo manifestũ ab initio rei, & contradictoriũ ipsi⁹ ẽt erit notũ ab initio rei, quia dũ nos dixerimus ꝙ mundus sit nouus aut antiquus, & fuerit altera istarũ rerũ manifesta nobis per se, iam eius cõtraria ẽt est manifesta ꝑ se. Et ideo L oportet syll'm conditionalẽ ex parte, qua conditionalis est de quæsito ignoto, ꝙ sit in eo repetitum per se ignotũ: immo si oñdetur quęsitum aliquod per syll'm conditionalẽ, ille necessariò desinet in categoricum. Et aliqñ vsitat alicubi syll's * categoricus ad verificandum consecutionẽ consequentis ex antecedẽti ęqualiter, siue repetitũ fuerit per se manifestum, siue nõ fuerit. Exemplũ huius est oratio Hippocratis, si homo esset ex vna re, non doleret, repetitũ in hoc syllo est manifestum ab initio rei, videlicet, ꝙ ille doleat, sed in- M digebit oñsione cõsecutionis antecedentis cũ consequente, vt ꝙ dicatur quod est ex vna re non transmutatur, & quod dolet transmutatur.

* a.l. cõditionalis.

Sermo de syllogismis Compositis. Cap. 8.

Syll'i compositi, alij ex vno alij ex pluribus cõponuntur gñib⁹

Syllogismi quidem, quos exposuimus, aliqñ erunt simplices, & aliqñ erunt cõpositi ex ipsis simplicibus. Ex ex compositis quidã sunt, qui componuntur ex pluribus vno genere horum, quos dinumerauimus, & quidã sunt, qui cõponuntur ex pluribus vna specie. Sed syll's impossi-

A possibilis ſm ꝙ ostensum est, est cōpositus ex pluribus vno genere illorū, quos numerauim⁹. Sed syllō cōditionali solo & simplici nō vtimur nisi in arte topica, sicut declarabit.

Sed tñ de syllō categorico fit simplex & compositus: & hoc fit vel ex vna specie, aut ex pluribus vna spē, vt si esset cōpositus ex figura scđa, & prima. Sed sylls simplex est, qui cōcludit conclusionem primā ex duabus præmissis solum, quæ erūt manifestæ per se, & ista est sua proprietas, s. ꝙ suæ præmissæ sint duæ solū. Et ex proprietatibus suis etiam est, ꝙ eius cōclusiones sint suum dimi- B dium, sed sylli compositi sunt plures spēs, quarū vna est, quæ concludit conclusionem ex duabus p̄missis, quæ duæ p̄missæ erunt cōclusiones duorum syllorum, quorū vterque erit ex duab⁹ præmissis, & erūt istæ quatuor præmissæ cōclusiones quatuor syllorum, quorum quilibet erit ex duabus pręmissis: sicque fit donec desinat in syllos simplices, & illi sunt, quorum præmissæ sunt p se notę. Verbi gratia, quia nos accipiemus duas præmissas ad ostendendum & faciendum demrōnem C per ipsas, ꝙ anima sit immortalis secundum quod est de opinione Platonis, videlicet, ꝙ aīa mouetur per se, & qđ mouetur per se est immortale: anima itaq; est immortalis: & istarum præmissarum vtraq; oportet ostēdere per sylłm constitutum ex duabus præmissis: & dicam⁹ minorem gratia exempli, videlicet qđ diximus, anima mouet per se, ostendendā per duas pręmissas, videlicet, anima est principiū motus, & principiū motus mouet per se: sicq; aīa mouetur per se. Et dicemus maiorem, quæ est, qđ mouetur per se est D immortale, per duas pręmissas etiā, quæ sunt, qđ mouetur per se, perpetuat motum, & oē perpetuans motum est immortale: ergo quod mouetur per se est immortale. Species autem scđa istorum syllorum est, ꝙ sit cōclusio in ea ex duabus præmissis, quarum altera sit nota p se, & altera oñsa per sylłm ex duabus p̄missis, donec desinat in sylłm simplicē. Et hoc ſm duas species, quarum altera est ꝙ sit maior nota, & minor scita per sylłm, & secunda secūdum oppositum huius, ꝙ minor sit nota per se, & maior per sylłm. Et species E tertia est, quæ cōponit ex istis duabus speciebus. & iste syllogismus cōponitur, dum declaratæ fuerint in eo omnes pręmissæ, & conclusiones ducentes ad conclusionem vltimā, & accipientur cōclusiones in eis, aliquando secūdum ꝙ sint præmissæ, & aliquando ſm ꝙ sint conclusiones, & vocabitur sylls compositus cōiunctus. Et proprietas huius sylli compositi est, ꝙ sint præmissæ pares, & termini impares, & suæ cōclusiones dimidiū suarum præmissarum. Veruntñ, dum non ostendentur omnes præmissæ, quæ sunt ī eo, F neq; omnes cōclusiones, vocabitur compositus disiunctus. Et proprietates suę sunt, ꝙ si sint suæ pręmissę impares, sui termini sint pares: & si sint præmissæ suæ pares, sui termini sint impares, & quæ ostēditur in eis aliquando erit minor, & aliqñ erit maior, & aliquando erit in specie secūda nota per se, & aliqñ erit ignota per se. Sylls autem, cui deest propositio ſm ꝙ illa sit eius conclusio, Peripatetici vocauerunt eam subiectum. & cui deest illa secundū

Quid sit sylls simplex.

G ꝙ sit eius præmissa, vocatᷣ apud eos prædicatum. Et decet ꝙ assuescas istos syllᷣos differentes, quia veteres iam posuerunt eos in libris suis, vt plurimum taliter. Et vtemur talib⁹ sermonibus, dum offerentur nobis disiuncti, & reducemus eos in coniunctos, dum diuiserimus oẽs suas ꝑmissas, & suos medios terminos, & minores, & maiores, & cõclusiones, quarum opus est in cõclusione ad quęsitũ vltimũ, & non cõclusiones, quæ vocantur superfluę: & sunt illæ, quarũ nõ est opus ad cõclusionem q̃siti intẽti, & instituemus terminos medios, ex quo sunt repetiti bis, & dum nouerim⁹ terminũ mediũ, cognoscemus figurã, & hoc ex sua positione ad duas extremitates, & declarata etiã erit extremitas minor & maior in cõparatione ad cõclusionẽ, & iã declarata ẽt erit figura syllᷣi ex ipsa cõclusione, quia conclusio affirmatiua vl'is erit in specie prima primæ figuræ necessario: & ideo fuit ista spẽs dignior in demõstrationibus. Et cõclusio vl'is negatiua erit in secũda specie figuræ primæ, & in aliquibus speciebus secundę figurę, nõ in alijs. Et cõuenit cũ hoc, ꝙ diuidamus ex partibus præmissarũ, quid sit prædicatũ & subiectum in præmissis, quia aliq̃ñ contingit ꝙ pręcedat prædicatũ in eloquio & postponatᷣ subiectũ absque hoc ꝙ sit reuersio præmissæ, & est quod denominatur in hac arte per conuersionẽ, & vocãt ipsam homines artis Grãmatices Arabum narrationẽ principij præcedentis. Sicq; decet, ꝙ cognoscamus ꝙ prædicatũ & subiectũ in præmissis aliquando erunt dictiones separatæ, & aliquãdo erunt complexæ compositione conditionis & connexionis, & aliquando erit subiectum in præmissis cõpositum ex duabus dictionibus separatis, & erit in eo denominatio ponens ipsum ad modum dictionis separatæ, sicut est dictũ tuũ, Socrates pater tuus stat. Et sic cõuenit ꝙ obseruemus in prõnũciatione literarũ, quæ dum coniũgentur repetitæ procedent ꝓm semitam nominis, dum fuerit, de quo est narratum, & sunt subiectũ & prędicatum de quo, & quod, quæ denominauerunt hoĩes artis Grãmatices per nomina coniuncta: donec innotescat vtenti eis narratio, & de quo narratur, quæ sunt subiectũ & prædicatũ: & hoc dum sciemus locũ copulæ, q̃ est in illa, qđ signum appellatᷣ apud Grãmaticos, & in summa ꝙ assuescamus capitulũ, quod dicunt Grãmatici capitulum pronunciationis, quia tale est gẽti, cui proprium est hoc idioma: & sil'r in vnaquaq; gẽte ꝓm suum idioma, postq̃ ars Grãmatices vnicuique idiomati habet duas partes, quarum altera ẽ necessaria ad intellectionẽ rerum apud homines illius idiomatis ꝓm eorũ loca, prout est eleuatio verbi, & depressio verbi in idiomate Arabum, & altera pars nõ est necessaria in illa arte, sicut est depressio narrationis, fuit, & depressio ibi, vbi: & ideo nos non inuenimus plurimũ huius partis, vt cõiter impositũ apud oẽs Arabes. Et totum hoc est, postq̃ cognouerimus ex orationibus positis in syllᷣo illam, cuius nõ est opus ad conclusionẽ q̃siti: & hmõi sunt plures spẽs, quarũ quædã adduntur ad attestationẽ veritatis, ipsiusq; decorem, & quędã, quę adduntur ad dirigendũ ꝓ occursu veritatis in pręmissis

A missis. Et hoc est sicut operatio inductionis facientis acquirere veritatem, & ipsius exẽpli, qđ dirigit ad verificationẽ, vel ad formationem: & vt est declaratio illius, qđ signat nomẽ, & diuisio, & cõpositio. Et in summa, res, quarũ nõ est aliqua significatio p se, sed adiuuant aliquo mõ formationẽ & verificationem, quæ sunt species doctrinæ. Hi itaq; sunt oẽs syllĩ cões arti demrõnis, & cæteris artibus, quarũ moris est, ꝙ vtantur eis. Sed sermo de inductione, & exẽplo, & signo est ex his, quæ B ꝓpria sunt vnicuiq; arti, & vnicuiq; verificationi. Sicq; sermo de illis secundum nostram intentionem est conueniens his sermonibus breuiter, & secundum quãtitatem illius, qđ faciũt acquirere de verificatiõe.

EPITOME
IN PRIMVM Librum Posteriorum.

De demonstratione in genere. Cap. I.

Absoluta veritas.

C Dicimus, ꝙ demrõ vlr sit sylls compositus ex duabus præmissis veris vlibus necessarijs per se. Veritas aũt absolute est, ꝙ credatur vere rei, & est, cuius esse in intellectu est secundum quod est extra intellectũ, aut quod impoſe sit esse inuentionem huius rei aliter q̃ credamus de eo, & credemus etiam hac nostra fide ꝙ impoſe sit, ꝙ sit aliter, & credemus etiam cum hoc de hoc secundo, ꝙ impoſe sit aliter esse, & sic in infinitum, dum vero cogitauerimus eius oppositum, impoſe erit nobis ꝙ sit aliter, q̃ credimus. Et hæc est proprietas huius credulitatis ex parte D qua est in anima, ꝙ non auferatur per litigiũ, neq; æstimetur in anima poſitas ablationis ipsius. Et verum ſm hanc denominationem quoddam est necessarium, & aliquod est nõ necessariũ. Necessarium quidem est, ꝙ credamus verum illud, quod definiuimus ꝙ impoſe sit ipsum esse aliter q̃ credimus, nec vllo vnquam tempore: non necessarium vero est quod est verum solum aliquo tpe. Necessariũ aũt impoſe est ꝙ mutetur, & trãsferat, & fiat falsum, immo continuo est sicut est in intellectu. E Quod vero nõ est necessarium, poſe est ꝙ muteť & trãsferatur, & fiat falsum præter ꝙ nouiter fiat defectus in intellectu. Et ipsa veritas necessariò inueniť in rebus perpetuæ inuẽtionis, sicut ꝙ totũ sit maius sua parte: hæc nanq; res non põt transferri & mutari. Quæ autẽ nõ est necessaria inuenitur in rebus trãslatitijs: sicut verũ est ꝙ Socrates sit in domo, aut ꝙ ipse stet. Et hæ præmissæ necessariæ, sunt partes demrõnum, ex quo sunt necessariæ, non mutabiles nec corruptibiles, qm̃ veritas necessaria certe prouenit essentialiter ex F præmissis necessarijs. Sin aũt, nefandum esset ꝙ corrumperentur præmissæ, & eueniret nobis scĩa necessaria de cõclusione: si vero sit, non est dubiũ ꝙ illud sit per accidẽs. Adiecimus vero cõditionẽ ꝙ sint vles, quia particulare non euadit, quin sit singulare, aut particulare habẽs signũ particulare, in habẽte autẽ signum particulare nõ prædicatur prædicatum p se ex parte qua habet signum particulare, sed ex parte qua illi cõtingit ꝙ sit vle, sicut est nostrum dicere, ꝙ aliquod animal connectitur

Verũ duplex.

Necessariũ quid nam sit.

Propositiõis dũ taxat ẽ necessaria, particularis aũt nõ nisi à parte materiæ.

G rationali ex parte rei vl'is, cui ineſt rõ, & eſt homo. Singularis vero non eſt neceſſaria, prout diximus: ſicq; ergo vere oportet, ꝙ tradamus cãs rei ex parte vl'itatis inuẽtę in ea, non ex parte, qua eſt ſingularis. Qñ em̃ dicitur nobis de hoc triangulo demonſtrato, ꝙ tres ipſius anguli ſint æquales duobus rectis, non dicimus ad huius rñſionem, quia ſit ex ligno vel cupro, ſed quia ſit triangulus. Hæ autẽ præmiſſæ neceſſariæ quædam ſunt per ſe, & quædam nõ p ſe. Illę quidem, q̃ non ſunt per ſe, ſunt,

H vt nix eſt alba, & coruus eſt niger: & his nõ vtuntur in demr̃one: ipſarũ.n. veritas eſt de ſpecie accidentis. Et neceſſariũ vl'e per ſe eſt duarum ſpecierum, quarum vna eſt, qñ fuerint prædicata ea, quibus conſtant ſubiecta, & ſecunda ſpẽs eſt, qñ fuerint p̃dicata conſtantia p ſubiecta.

Primi modi per se, tres sunt species.

Sicq; prædicata, quibus cõſtãt ſubiecta, ſunt trium ſpẽrum: aut genus vt eſt aĩal, qđ prædicatur de homine: aut dr̃ia, ſicut eſt rõnalitas, quæ prædicatur de eo, vel aggregatũ ex illis ſimul, & ẽ ipſa definitio, & vnũquodq; eorum eſt propinquum aut

I remotum.

Scđi modi per se quæ sunt species.

QVando locuti sumus de rebus, quibus cognoscitur quid positũ sit ſm modum demõstrationis, quæ est ipsa demonstratio, & quid positum sit ſm modum veræ definitionis, quæ est definitio, iá loquemur de rebus, quibus fallitur. Notũ aũt est, ꝙ ca-
B dat error in his generibus ex notitia præcedenti duas partes qõnis, hoc est formationẽ & verificationẽ. Cognitio aũt agens vtranq; illarum, & dirigens, & fallens, est duũ generũ, ſm dictiones, & secundum res.

De dictionibus. Cap. 2.

DIctiones aũt, siue sint noĩa, siue verba, aut literæ, sunt duarum specierum, aut æquiuocæ, aut diuersiuocæ. Æquiuocæ aũt quædã sunt incomplexę, & quędã complexæ. Incomplexæ aũt, q̃dam sunt æquiuocæ ſm se, & quædam sunt ęquiuocę
C ſm declinationes. Æquiuocę autẽ ſm se, quædam sunt ſm quandam contingentiam, & quædã sunt analogæ, & quædam translatę, & quædam accommodatæ. Iam aũt ꝓmisimus prelibamina de his. Æquiuocæ vero ſm declinationem sunt, sicut cuius declinatio; est vt declinatio pluralis, & non plurificať, vt Venetiæ, aut cuius declinatio videť fœminina, vt sophista. Compositorũ vero exemplum est, quencunq; Socrates dixit ꝙ ille ita sit, ille est ille, quem dixit: Socrates autem dixit lapidem quód sit lapis: ergo Socrates ipse est lapis. Æquiuocatio itaq; D
hic est solum in dictione ipsa. Dictionum autem diuersiuocarum, q̃dam sunt diuersiuocæ in se, & q̃dã diuersiuocæ ſm sua agnomina. Et diuersiuocæ ſm agnomina, quædam sunt diuersiuocæ ſm agnomina earum quæ sunt in eis, & quædã sunt diuersiuocæ ſm agnomina earum, quæ sunt extra illas. Diuersiuocarum vero in se, quædam sunt quę differunt ſm se totas, & loco earum permutatur vna dictio, & quędã sũt quæ differũt ſm quasdam suas partes, & cum suis connotatis. Diuersi- E
uocarum vero ſm se totas sunt multæ species. Quædã sunt, quibus mutatur nomen loco nominis, sicut dũ mutatur vinum in flauum. Et quædam sunt quibus permutatur nomẽ in orationem, vt qñ mutatur vinũ in fugantem mœstitiam. & earum sunt quædã, quibꝰ permutatur oratio in orationẽ, vt permutatur animal risibile in emptorem & venditorem. Diuersiuocæ vero ſm partes, quædam sunt, vt dicendo habẽs manus, & habẽs duas manus. Et sicut est ꝑmutatio quoddã ipsarũ regimẽ, vt dicendo impoſſe est ꝙ agat, F
& non est possibilitatis vt agat. Et harum sunt, quibus permutantur sua regimina essentialia, vt dicendo alyzmel, & alyuamal. Diuersiuocarum vero ſm agnomina illorum q̃ in eis sunt, quędam sunt q̃ permutãtur à diuisione in cõpositionẽ, ꝓut dicendo, Socrates est cæcus, & est secundum mentem: ergo est cæcus secundum mentem. Aut ex cõpositione in diuisionem, sicut dicendo, quinarius est aggregatum ex pari & impari: ergo est par. Et quædam sunt, quibus permutantur lo-

G ca pausæ, sicut dicendo, hō videt q̃c-quid videt: & homo videt lapidem, sequitur hinc, ꝙ lapis videt. Et quædam sunt permutatæ ordine, sicut dicendo, non est dignum ꝙ agat, & dignum est ꝙ non agat. Et quædam sunt quibus permutatur vox, q̃ assimilatur alicui rei, in vocē quæ assimilat' alij rei. Diuersiuocæ vero ſm agnomina illorum, q̃ deforis sunt, quædam sunt quibus permutatur ipsarū dispositio & forma, & hanc partem subintrat ipse accentus. Et quędam sunt, quibus mutatur dispō dicti, & eius forma & habitudo, vt

H ꝙ res explicetur per suum agnomē, aut per suum genus. Et quædā sunt diuersiuocę ſm agnomina extrinseca dicto: & hæc sunt, sicut agnomina patentia diuulgata quę cōnectūtur: sicut pronunciando aliquā orationem cum dicto, q̃ assimilare faceret aliquid, quod non faceret assimilare sine eis, qñ illud esset separatum. Dictiones vero quędam fallunt in illis quatuor generibus scibiliū: & quædam fallunt in vno illorum: & quædam in pluribus, q̃ vno. quæ quidem fallunt in quatuor partibus sunt, sicut nomen ęquiuocū, & eius

I partes. Exemplum vero suæ fallaciæ in scientiam dirigentem ad formationem, manifestum est ꝙ non facit intelligere rem, cuius formatio intenditur. Sua vero fallacia in sciētiam agentem formationē est, quādo fuerint dictiones incomplexæ, q̃ significant partes definitionis ęquiuocæ: sicut est legis definitio, ꝙ sit operationum directiua. Sua vero fallacia in scientiā dirigentē ad verificationem fit, dum quæsitū diuiditur in duas partes cōtradictionis, & illas significat noīe ęquiuoco, putatur de illo, quod est quæsita mul- K ta, ꝙ sit vnū q̃sitū: aut de illis, q̃ sunt contradictoria multa, ꝙ sint duo contradictoria: sicut est an mundus sit compositus ex materia & forma, aut non sit compositus ex eis. mundus itaq; dr̄ de oībus eius partibus ſm quandam speciem æquiuocationis & sir̄r materia & forma. Fallacia vero in scientiam agentem verificationē est, sicut dicendo versum esse circulum: & circulus est figura, in cuius medio est punctus, à quo oēs lineæ exeuntes ad circunferētiā sunt æquales: oratio itaque metrica

est talis. Fallacię autē noīs æquiuo- L ci sunt multæ nimis: & conuenit, vt caueatur ab illis. Loca aūt, quibus constat, ꝙ nomen sit ęquiuocū, aut ꝙ hoc non sit eius, notum est ab initio rei, siue consyderemus definitiones harū rerū, quas significant nomina: & qñ illas inuenerimus differentes, nomen est æquiuocum: & similiter ēt, si fuerint differentes ſm partem definitionis, videlicet genere, aut dr̄ia. Et aliqñ constituemus hoc ex suis proprietatibus, & descriptionibus. Et iterū dū rei opposita fuerint multa, res erunt multæ, hoc

est ꝑ opposita eis contraria, & priua- M tionem & habitum, & affirmationem & negationē: qm̄ vnicuiq; illorum est vnū oppositum necessario. Vt gr̄a exempli, grauitas dr̄ de voce & corpore: vnum itaq; oppositorū est leuitas, & aliud est acumen. Exēplum aūt illius, quod fallit pluribus vno horū generū diuersorū in ordine: illa.n. fallunt in scientiam directiuam ad verificationem, & in agētē: v. g. ꝙ ordinemus dictionem infinitātē vice dictionis negatiuæ, aut econuerso: sicq; æstimabit' de negatione

A tione ꝙ sit infinitatio, & qñ ponetur minor in prima figura, de illa, q̃ nõ est conclusio, ꝙ sit cõclusio. Qñ aũt acciperemus duo opposita, quaten⁹ sint opposita oppositione noĩs simplicis & ĩfinitati, q̃ est oppositio habitus & priuationis, & illa opponũtur oppositione affirmationis & negationis, fit illa fallacia in scĩam dirigentẽ ad verificationem. Et siłr est huius contrariũ, vt ꝙ capiatur graue & leue, ꝙ sint opposita oppositione affirmationis & negationis. & qñ diceret̃ fortasse inuenit̃ aliqua pars, q̃ non est grauis neq; leuis, non ad-
B mitteretur hoc, nec apud illum esset poſſe hoc esse. Exẽplũ aũt illius, qđ fallit in vno genere tm̃, est dictio mutata à diuisione in cõpositionẽ, vel ex compositione in diuisionem: qñ autem alicui viro peruenerit aliqua harũ rerũ, poterit cauere aĩam suam aberrando in id, in qđ erratur vno genere harum notionum, aut pluribus quàm vno genere.

De rebus fallentibus. Cap. 3.

RES aũt fallentes sunt octo generum. Quoddam est accidẽtis. Et quoddã est consequentis. Et quoddã est vocis simpłr, & connexæ
C clausulæ. Et quoddã est, ꝙ capiant̃ multę interrogatiões, ac si esset vna. Et quoddã est, ꝙ ignorent̃ aliquæ cõditionum oppositorum Et quoddã est locus petitionis principij. Et aliquod est acceptio nõ causæ vt cã. Et aliquod est locus translationis & commutationis.

De fallacia Accidentis. Illud quidẽ, qđ est ẜm accñs, vłr oppositum est illi quod est essentialiter, vt p̃missum est. id n. qđ est essentialiter, est ꝙ p̃dicatũ sit de essentia subiecti, aut subiectũ de essentia p̃dicati. Id ergo, qđ est ẜm accñs, est ita, ꝙ neutrius essentiæ sit, ꝙ alterutri insit. Hoc aũt est duarũ partiũ. quarum vna est, ꝙ hæ res, q̃ coniũgunt̃ ꝑ accñs, insint alicui subiecto essentialiter. qñ aũt vnũ illorũ prædicatur de altero, aut secũ connectitur, est p̃dicatio sua ꝑ accñs, aut cõnexio per accñs: prout inest risus illi qui vendit & emit. Secunda autem est, ꝙ hæ res, q̃ coniungunt̃ ꝑ accñs, non sint connexæ ẜm dispositionem illius qđ est essentialiter. vt ꝙ corruscat corruscatio, & moriat̃ aliquod aĩal. Et hæc pars est remotissima illarum, q̃ sunt ꝑ accñs, & eius notio
E sit facilis, cum ipsius casus sit raro. Prima vero pars est multæ fallaciæ, cũ sit semper & vera, & ipsa fallit in scĩam agentem verificationẽ & formationem. Fallacia quidẽ formationis est, vt ꝙ concipiat̃ corpus naturale ꝙ sit diuisibile in tres superficies, q̃ superficies diuidunt̃ in lineas, & lineæ in puncta. hæc itaq; est formatio corporis naturalis per accñs. & ideo hæc formatio fallit in verificationem, adeo ꝙ putetur ꝙ corpus naturale sit compositum ex pũctis. Et ex hoc loco errauit, qui asseruit partem indiuisibilẽ, aut ex quo res
F est poſſ ꝑ accñs, impossibilis essentialiter. Qñ itaq; caperemus quod est per accñs vice illius, qđ est essentialiter, putabit̃ de illo quod est possibile, ꝙ sit impoſſe: prout est apud illum, apud quem impoſſe est fuisse res transmutabiles successiue in infinitum in prædicato: tale itaque forsan est poſſe per accidens, licet sit impoſſe essentialiter. & siłr est esse infinitã virtutẽ corpori æquali, licet sit impoſſe essentialiter, non est impoſſe per accñs, hoc est ex parte, qua accidit huic corpori aliqua dispositio.

Et

G Et aliqñ res est possibilis essentialr, impossibilis p accñs. Id aũt, qđ ē ƒm accñs, fallit in multis diuersis locis.

De fallacia Consequentis.

Locus vero cõsequentis est ꝙ res denoĩetur ƒm aliquam dispõnem: deinde denoĩetur aliud per illam, & exprimat secundam esse primã, aut sicut iudicium primæ, v. g. ꝙ denominemus per Heramũ aliquē virũ, qui sit Diogenes: deinde denominemus aliũ per illud, & putemus ꝙ sit ille primus, aut sicut primi iudiciũ. Et silr videmus mulierē, cuius corpus tumescat ob imprægnationem: deinde cernimus aliam mulierem, H cuius corpus tumescat, & putemus illam prægnantē, & hoc æstimantes ꝙ semp affirmatiua vl'is cõuertatur ƒm suam dispositionē ƒm suã quãtitatem & qualitatem. Et vlr hoc loco construitur syll's ex duabus affirmatiuis in secunda figura: hic autē non concludit, vt præmissum est. Et aliqñ ēt fallit aliqua spēs fallaciȩ, sed secũda intentione, v.g. qñ hoc loco euenerit nobis aliquod pdicatũ conuertibile cũ suo subiecto, putamus ꝙ conuersa contradictorij huius pdicati conuertibilis sit vera. Vt verbi gratia, dum putamus de tumore I corporis, ꝙ sit imprægnatio, & verificatur nobis conuersa contradictorij huius orationis, videlicet cui non inest imprægnatio, illi non est tumor corporis. hoc aũt ē falsum. Falsum aũt non accidit hic occasione conuersi contradictorij, q est locus demonstratiuus: quia si fuerit oĩs homo aĩal, quod non est aĩal nõ est homo. Ostenditur aũt veritas huius loci. qa si non verificatur id qđ dicimus, quod non est aĩal non est hõ, verificatur eius contradictoriũ, qđ est aliquid quod nõ est aĩal, est homo: ipsum aũt est falsum: suũ ergo K contradictorium necessario est verum, videlicet quod nõ est aĩal non est homo, & vlr vis illius loci, in quo repetitur oppositũ consequentis cõditionalis coniuncti. Veruntñ errauit hic, quia euersum cõtradictorij, quod non est verum.

De fallacia simpliciter, & secundũ quid.

Connexiones vero sunt res, quarum consuetudinis est ꝙ sumantur connexæ cũ tpe, aut loco, & putetur ꝙ verificetur simplr, v. g. hoc acetũ est vinũ permutatũ, ergo est vinum. hoc aũt est falsum. qñ vero absoluũtur connexa, sunt vera, dum seruantur in eis duæ res, quarũ vna est, ꝙ non teneatur in oratione oppositũ L illius, quod secum connectitur, siue fuerit nomen illi opposito quod significet ipsum, eo ꝙ est oppositum sumptũ ƒm suum nomen, siue fuerit oratio ipsum significans, q̃ sit ƒm illud nomen. Exemplũ aũt connexi, qđ qñ absoluitur, tenetur in illo suũ oppositũ ex parte qua sumitur ƒm suũ nomen, est, Socrates est aĩal mortuũ, qñ itaq; hoc absoluitur, tenetur in eo suũ oppositũ, & dicimus Socrates est aĩal, ex illo intelligitur oppositũ connexi in eo, q̃ est mors. M Exēplũ aũt cõnexi, qđ dũ absoluit, tenetur ĩ eo oppositio ex parte, qua ipsum sigñat oratio, est, dũ dicimus, hic hõ est mortuus. id enim quod intelligitur ex significato hoĩs, dum absoluit, est oppositũ mortuo. Secũda vero conditio est, ꝙ prædicatum connexum non sit prædicatũ causa illius per quod connectitur: vt dicẽdo, Socrates est poeta, quoniam verificatur nunc prædicatio de ly est, ob ipsum connecti cum poetria. & ideo quando absoluitur falsificatur. Absolutæ vero sunt res, q̃ sumptȩ sim-

A simpliciter, putatur ꝙ verificentur connexæ clausulis, & sequitur hinc mendaciũ, aut nugatio. Et exemplũ quidẽ illius, ex quo sequitur mẽdaciũ, est, vt dicẽdo Socrates ẽ medicus. & Socrates est ĩ foro: Socrates itaq; est medicus in foro. Exemplũ autẽ superflui, & nugationis est, Socrates est hõ, Socrates est animal: sicq; Socrates est homo aĩal. hoc aũt est superfluum, quia aĩalitas cõtinetur in humanitate eo modo quo pars cõtinet̃ in toto. Cõuenit ergo, dũ voluerimus de his absolutis, ꝙ verificẽtur cõnexa, ꝙ sint sibijnuicem connexa
B essentialr̃, & ꝙ nõ sequat̃ ea sup̃fluũ & nugatio: sicut fit dicẽdo, Socrates est aĩal: & Socrates est ambulãs: Socrates itaq; est animal ambulans.

De fallacia multarũ interregatio-aum pro vna.

Sumẽdo vero multas interrogationes, ac si esset vna, fit fallacia huius orationis in quæsito, cuius subiectũ sequũtur duo iudicia opposita, sicut est dicere, an lutũ sit aqua & terra. qñ itaq; non distinguitur oratio, & dr̃ in potentia, aut in actu, poẽ est nobis putare ꝙ lutũ sit terra permista cũ aqua, ex quo duo miscibilia non inueniũtur in genere mistionis
C in actu. Et huius loci ẽ ambiguitas Mennonis notoria, qñ voluit destruere disciplinã, & sumendam demonstrationem, qñ dixit: Non euadit quæsitũ, quin sit ignotũ, vel notum. si sit notum, nõ fit de eo nobis quæstio, si aũt sit ignotũ, nõ est nobis modus ad eius adeptionem, qm̃ ipsum sciemus ex parte qua est notum: ac ẽt, dum occurreret nobis, ne sciremus ꝙ illud sit id quod quæsiuimus, sicut q̃ quærit seruũ, quẽ nõ prænouit, quẽ, dum ei ille occurret, nesciret esse illũ. Locus aũt fallaciæ in hac orone ẽ, ꝙ ipse vtitur hoc loco noto vno modo, ille aũt dr̃ duobus modis, quorũ vnus est in potentia, & alter ĩ actu. Esset tñ necessaria hæc ambiguitas, si nostrũ quæsitũ esset notũ in actu, aut ignotũ oĩbus modis: est vero ignotũ in actu notũ in potẽtia, ex quo ostẽsum ẽ, ꝙ syllr̃s ꝓcedat processu à toto ad partem: pars aũt continetur in toto in potẽtia, Plato vero, quia nõ fuit ei notificatus modus solutionis huius ambiguitatis, sustinuit sciẽtiã esse reminiscẽtiam. Qñ autẽ volumus, ꝙ hic locus nõ sit fallẽs, cõuenit ꝙ diuidamus quot modis dicat̃ res, & cõsyderemus singulos ipsorum separatos. E D

De fallacia Elenchi.

Ignorãtia vero elenchi fit in loco suę fallacię, qñ ignorãtur aliquę cõditiones, quę appositę sunt clausulę cõditionum oppositorũ, & tũc sint opposita. iã aũt retulimus has cõditiones in his, quę p̃missa sunt. Aut qñ capitur, quod non est oppositũ, ac si esset oppositum, dijudicans veritatẽ & falsitatẽ. Fallacia aũt huius loci fit duobus locis, quorũ vnus est syllr̃o contradictorij, & alter est syllr̃o cathegorico, sed in illo est suppositio. In syllr̃o vero contradictorij capimus, quod non est contradictorium illi, cuius cõstitutionem intẽdimus, ac si eẽt illius cõtradictoriũ. F qñ itaq; fecerimus hoc, & cõiunxerimus illi ꝓpõnem veram, & ex illo sequitur mendaciũ, putamus ꝙ falsum sequatur ex cõtradictorio positionis. v.g. ꝙ dicamus. creator est extra mundum, aut intra ipsum. si autem sit extra mundum aut intra, est corpus, ex quo illud quod est extra mundũ, aut intra ipsum, est corpus: sequit̃ itaq; ex hoc mendaciũ, videlicet ꝙ creator sit corpus, qd̃ quidẽ falsum sequitur, ex eo qd̃ diximus,

ꝙ ipse

G ꝙ ipse sit extra mundū, aut intra ipsum. Locus vero fallaciæ in hoc est, quia extra & intra dijudicāt veritatem & falsitatem in subiecto ꝓprio eis, illa aūt sunt corpora, ſm, ꝙ illorum cōsuetudinis est dijudicare veritatē & falsitatem. de illo vero, qđ nō est corpus illud est mendacium. Iam aūt ostensę sunt istę res in præmissis. Illius vero fallacia in syllo categorico cōcludit illud, quod nō est cōtradictoriū illi, cuius cautela intēditur à respondente, ꝙ sit illius contradictoriū: caperet itaq; quod non
H est positio, ſm quòd esset positio.

De fallacia petitionis principij.

Petitio vero principij est duarum specierū, aut petitio ad confirmationem primæ positionis, aut petitio ad destructionē illius. Petitio quidē ad cōfirmationem illius est duarū partium. Quarū vna est, quæ creditur esse vera petitio, & non est. Secunda aūt est illa, quæ vere est petitio. Incipimus itaq; ex hac parte & dicimus, ꝙ petitio ſm primam positionē vlr est, ꝙ res sumatur ad suijpsius ostensionem, & hoc fit in verificationem, aut in formationē. res aūt, quæ sumitur ad suijpsius ostensionē, non sumitur ſm denominationem, qua
I peruenit ad quęsitum: tale enim nō latet, sed si mutaret mutatione, qua putet ꝙ non sit ipsum quæsitū, sit tñ ipsum quæsitū. & hic quidem modus occurrit ex parte dictionū. Altera aūt est, ꝙ sumatur ad quæsiti ostēsionē id, quod ostensum est esse per esse ipsum quæsitū, & hoc notū est in ostēsione per circulū. Illa vero, q̄ fit ex parte cōmutationis dictionū, & ipsarū mutationis, occurrit quatuor modis. Quorū vnus est cōmutare nomē vice alterius nominis, vt qui ostenderet ꝙ vinū lætificet, qa aromaticum lætificat. Secūdus aūt K est cōmutare orationē loco nominis: sicut qui ostenderet vacuū esse in mūdo, qa in eo sit locus, in quo non sit corpus. Tertius aūt est commutare nomen loco orationis, & est illius contrarium. Quartus aūt est cōmutare orationē loco orationis: sicut qui ostenderet, ꝙ locus, in quo non sit corpus, inueniatur, qa inueniatur spaciū abstractum. Notum aūt est, ꝙ medius terminus omniū horum syllorū sit ipsummet subiectum quæsiti, quod est minor extremitas sylli, & maxime qñ dña inter illa fuerit per nomina solū. In illis L vero, quorū loco nominū commutatur oratio explicans illa, potentia medij erit potentia minoris extremitatis, qñ oratio explicās, & nomē simplex fuerint æqualis significationis, & neutrū erit notius altero. qñ vero vnū fuerit altero notius, tunc nō erit vere petitio, quia nomen incomplexū nō est oratio explicans in actu, sed in potentia, ex quo sua significatio est cōfusa, & significationes orationis explicātis æqualr siue fuerit descriptio, aut definitio, illæ sunt distinctæ. Et sic pōt esse, ꝙ accipiātur definitiones, & descriptiones, M medij termini demonstrationum. Aliqñ vero contingit, ꝙ ipse idem medius termin⁹ sit maior & minor. Hoc aūt est possibile, dum capiūtur duę partes quęsiti, quaten⁹ sint duæ res, & in veritate sunt vna res, nō est impole ꝙ talis eueniat p synonymitatem nominū, immo tale ſm veritatem non est quæsitū, sed est dictio incōplexa, & hæ eædem partes petitionis occurrunt in formationem, sicut qui definiuit motū per id, ꝙ sit corporis recessus. Ostensio vero ſm

A ſm circulum eſt, ſicut diximus, ꝙ capiatur ad oſtenſionem q̃ſiti id, qđ oſtẽſum eſt ꝑ ipſum quæſitũ, ſicut, ꝙ oſtendamus figuram ſtellarũ eſſe ſphæricã, quia ipſæ nõ moueantur, deinde oſtẽdamus, ꝙ ipſæ non moueantur, qa ipſarũ figura ſit ſphærica, & hæc eſt ꝑ ſe manifeſtæ cadentiæ. Quãdo vero acciperemus aliq̃d aliud ad oſtenſionẽ huius rei primę rei ſm aliam diſpõnem, hoc nõ eſſet impoſſe, vt, ꝙ oſtendatur ſphæricitas ꝑ luminis crementũ, deinde capiat̃ ad oſtenſionẽ cauſæ crementi ſui luminis ipſius ſphæricitas. Et aliq̃n oc-
B currit oſtenſio circuli in formationem, vt qui definiret ſolem, eo ꝙ ſit ſtella oriens in die: dña enim iſtius definitionis, quæ eſt ortus ſolis, eſt cauſata à ſole, ex quo ſol fuit ſumptus in definitione diei, ſicq; qui fecerit tale, ſolum petit in definitione, & ſic eſt qui definiuit imparẽ, eo ꝙ nõ ſit par: & parem, eo ꝙ nõ ſit impar. Formatio vero vtriuſq; relatiuorũ per definitionem alterutrius expedit neceſſario, qa quiditas duorum relatiuorũ largit̃ hoc, quia, q̃n nos formaremus patrem, & filiũ ſeparatim, impoſſe eſt quin accipiatur
C filius incluſus in patris formationẽ, ſicq; eſt illorum diſpõ, licet non formentur, inquantũ ſunt relatiua. Et iã expoſuit hoc Abumazar Alpharabius manifeſte. Verũtamen dicto Auic. de hoc non eſt aliqua ratio. Hæc itaq; vere ſunt oĩa loca, q̃ ſunt petitiones principij ſm primã poſitionem. Illæ vero, quæ æſtimant̃, ꝙ ſint petitiones, & nõ ſunt petitiones ſm veritatem, ſunt quædã loca, quorũ eſt, ꝙ capiatur vl'e ad oſtenſionem particularis, aut particulare ad oſtenſionem vl'is. Et quidã eorum eſt, ꝙ capiatur conſequens rem D
ad rei oſtenſionem. Et quidam eorũ eſt, ꝙ capiant̃ conſimilia ad oſtenſionem aliquorum aliorũ conſimiliũ eis. Et quidã eorũ eſt, ꝙ capiant̃ partes rei ad oſtenſionẽ rei. Quãdo vero capitur vl'e ad oſtenſionẽ particularis eſt demonſtratiuus, & eſt modus, ſine quo non eſt poſſe, ꝙ ſit oratio concludens eſſentialiter, tũc enim cõtinet ſignificatũ dicti de oĩ, prout expoſitum eſt in lib. Priorũ. Iam aũt prolata ſunt verba multorum virorũ noſtri tp̃is, ꝙ ſyll'i categorici ſint petitiones ſm veritatem.
Dixerũt enim hoc eſſe, quia vl'e rei E
eſt ipſa res, qui ſcit, ꝙ oẽ animal ſit ſenſitiuum, ſcit, ꝙ oĩs homo ſit ſenſitiuus. Et hæc fallacia ſubintrat locũ, in quo capiunt̃ quæſita contradictoria, ac ſi eſſent quæſitũ vnum, q̃m vl'e rei eſt res in potentia, & non eſt res in actu. acceptio vero particularium ad oſtenſionem vl'is eſt inductio. ego autẽ futurus ſum ferre ſermonẽ de ea in topicis. acceptio vero cõſequentis rei ad oſtenſionẽ rei eſt ẽt locus demonſtratiuus, ſicut, ꝙ oſtendatur, ꝙ mũdus habeat partes graues, & leues, q̃n oſtendit̃, ꝙ mũdus habeat partes graues tm̃: deinde oſtendet̃, ꝙ ipſe habeat ſolũ partes F
graues: deinde oſtendet̃ ꝙ habeat partes graues & leues ſil', & hoc q̃dẽ verificat̃ de rebus, quæ verificant̃ ſeparatæ, & verificant̃ cõiunctæ: iam aũt præhabitũ eſt, quæ ſint hæ res.

Locus vero cõſimiliũ eſt locus rhetoricus, vt poſtea veniet. Hæc itaq; eſt ſumma petitionum ſm primam poſitionem. Petitiones vero, q̃ ſunt de oppoſito quæſiti, & ſunt illę, quibus ſemper indagat̃ deſtructio, ſũt duarum partium. Prima quidem pars

De locis cõſimiliũ

G pars facit petitionẽ principij de opposito illius eiusdẽ quæsiti ſm modũ, quo fit petitio de oſtenſione q̃ſiti. Species autem huius partis ſunt ęquales his, quas numerauimus. Secunda vero pars eſt, ꝙ ipſimet q̃ſito connectamus ſuũ oppoſitũ, præter ꝙ putetur de illo, ꝙ ſit ipſius oppoſitũ, & ſequatur ex illo falſum neceſſario, & putetur, ꝙ falſum ſequatur ex poſitione quęſiti, ſicut, ꝙ poneretur, ꝙ ſcīa contrariorum ſit vna: deinde poneretur, ꝙ quorundã contrariorũ ſcīa non ſit vna: ex hoc.n. ſequeret̃, ꝙ q̃dã contraria non ſint contraria, H ſed nõ acciperetur in hoc rei oppoſitum oſtẽſum per ipſam, niſi modo quo lateret, res aũt, quæ laterent in illis eſſe oppoſitas, ſunt ipſæ eędẽ, niſi, ꝙ aliqua earũ ſit, de qua putatur, ꝙ nõ ſit oppoſita, & eſt oppoſita ſm veritatem, & ſunt loca dictionũ. Sed de quatuor locis putatur, ꝙ ſint petitiones de contradictorio quæſiti, & non ſunt petitiones, ſm, ꝙ ſunt petitiones de ipſomet quęſito. Quia autẽ res, quæ ſumũtur hic ex oppoſitis ſunt triũ ſpecierũ, affirmatio, & negatio, & habitus, & priuatio, & contraria immediata, dũ multiplicam⁹ I illa quinq; per hæc tria, proueniunt quindecim loca: quorũ locorũ tria ſunt petitiones ſm veritatẽ, & ſunt loca orationũ, & de duodecim putatur ꝙ ſint petitiones, & ſm veritatẽ nõ ſunt petitiones. Exemplũ autẽ locorũ, q̃ ſunt petitiones affirmationis, & negationis ſm veritatem, eſt hoc, æqualitas eſt vtilis, & medium nõ eſt vtile. hic aũt locus diuiditur ſm diuiſionẽ modorum cõmutationũ dictionum, quos numerauimus. In priuatione vero & habitu eſt, vt fertur æqualitate gaudet̃, & medietate triſtatur. Et cõtrariorũ exemplũ K eſt, æqualitas iuuat, & medium nocet. Aliorũ vero locorũ, q̃ non ſunt petitiões ſm veritatẽ, exẽplũ vl'is eſt, ꝙ ſupponas oẽ aĩal mouet mandibulã inferiorẽ: deinde admittemus, ꝙ crocodillus non ſit hmõi: & hæc quidẽ eſt vera deſtructio. Exemplũ aũt totius & partis ẽ, ꝙ ponatur mũdus totaliter antiquus: deinde admittamus, ꝙ ſit nouus ſm quaſdam partes eius: & hæc ẽt eſt vera deſtructio. Exẽplũ autẽ conſimiliũ eſt, ꝙ ponamus conuenire reges eſſe multos: deinde admittamus ꝙ proportio regis ad regionẽ ſit, ſicut ꝓportio Dei ad mũdum. Deus autem eſt L vnus, ergo non conuenit reges eſſe multos: hic aũt locus eſt deſtructio rhetorica, & nõ eſt petitio. Putatur aũt de his locis, ꝙ ſint petitiões, qm̃, qđ aſſimilat̃ alicui rei in principio cõſiderationis eſt ipſa res, & ſiľr ẽt eſt de toto, & ſuis partibus, & de re, & cõſequẽte ipſam, & de vľi, & ſuis particularibus. Exemplificatio vero horum quatuor in cõtrarijs, & priuatione, & habitu, non eſt res difficilis apud illum, qui conſiderat illa. M

De fallacia non cauſæ vt cauſa.

Acceptio vero nõ cauſæ, vt cã, cadit in categorico, & in ſyllõ cõtradictorij ſimul. Ipſius qdẽ caſus in categorico eſt duobus modis: quorum vnus eſt oratio corruptæ formæ, ſicut ꝙ cõcludat̃ ex duab⁹ negatiuis: ſecundus aũt eſt, ꝙ ſit corruptæ materiæ, vt ꝙ ꝑmiſſæ acceptę ſint falſæ oẽs, aut q̃dã, vľ aggregant̃ ambæ res ſimul, & ille dr̃ corruptus genere, vt q diceret, oẽs res ſunt in tpe, & oẽs res ſunt in ſphæra mũdi: tẽpus itaq; eſt ſphæra mũdi. Et de illis eſt, ꝙ ꝑmiſſæ ſint verę, ſed nõ ꝓportionatę, ſicut, ꝙ oñdat̃, ꝙ duo latera triãguli ſint

A sint longiora reliquo latere, quã vnũ mobile mouetur per illa longiore tẽpore, q̃ sit tẽpus, quo mouetur per reliquũ latus, & hãc partẽ subintrãt logica quodãmõ De illis ẽt est quidã, qui cõcludit verũ, sed per accñs, qm̃ accidit, ꝙ solum propõ minor syl̃li sit falsa, & conclõ sit vera: vt dicẽdo, hõ est equus, & equus est aĩal, hõ itaq; est animal. Et quidã eorũ est, ꝙ modus conclõnis sit ẜm vnã rẽ & præmissæ ẜm aliã rẽ, vt, ꝙ concludat conclõnẽ necessariam, & in syllõ sit iã sumpta præmissa contingens, vt dicendo, hõ ambulat, & qđ
B ambulat est animal: hõ itaq; necessario est animal. Et aliquis illorũ ẽ, ꝙ medius terminus qui accipitur cã in demõne simpl̃r, aut in demõne causæ tm̃, sit cã per accidens: vt dicẽdo, qđ nõ habet finẽ nõ mouetur, quia nõ habet locũ ad quẽ moueatur. in hac itaq; cã sine dubio est ꝓportio accidẽtalis, ex quo imaginati sumus locũ, ad quem moueatur. Et de illis est, ꝙ sit syl̃ls concludens, sed nõ cõcludat q̃sitũ, sicut est orõ Parmenidis, quicquid est ꝑter ens non est: & qđ nõ est, non est aliquid, ens itaq; ẽ vnũ. hic itaq; cõcludit, ꝙ id, qđ est nõ ens, nõ sit aliquid, non ꝙ
C ens sit vnũ. Et illorũ aliquis est, qui nõ concludit q̃sitũ primo, sed secũdario. vt qui ostendit, ꝙ partes substantiæ sint substantiæ, dicẽdo ꝑ destructionem partium substãtię destruitur substantia, & per destructionem illius, qđ non est substantia, nõ destruitur substantia. qui cõcludit in scđa figura est, ꝙ ꝑtes substantiæ non sint nõ substantiæ. Et de illis est quidã, qui caret maiori ꝓmissa, putando, ꝙ ipsa desit ob ipsius diuulgationẽ, prout consueuerunt facere habentes demõnẽ, illa D aũt ẜm veritatẽ est falsa, sicut dũ dicim⁹, hic noctu ꝓdat, ergo est latro. Veruntñ in syllõ cõtradictorij hoc fit duobus modis. Quorũ vnus est, qñ subiectũ ꝓpõnis verę ei attributæ nõ fuerit cõpositum cõpositione syllogistica, adeo, ꝙ ex hoc sequatur falsum. Secundus autem est, ꝙ falsum sit sequẽs absq; subiecto ęqualiter, siue fuerit non coniunctũ cum subiecto oĩno, aut verisimile sit, ꝙ sit coniunctũ, ꝑter ꝙ ita sit ẜm veritatẽ. Sed primus modorũ harũ duarũ partium, ipse redit ad corruptionem formæ syl̃li: alter vero modus E continet duas eius partes, ꝙ falsum sequatᷣ sine subiecto, & aditus subiecti in illum erit superfluus, & incassum. Exẽplũ autẽ illius, in quo subiectũ ẽ superfluũ, & incassum, & putatur, ꝙ cõnectatur subiecto, est dũ dicimus, si mundus non fuerit nouus, est antiquus: qñ aũt mundus positus fuerit inuẽtus in actu, & infinitus erit inuẽtus, & nõ inuẽtus simul, hoc aũt est falsum, mundus ergo est nouus: qm̃ vero attributum nõ cõiungitur subiecto, quasi non est falsigraphus. Et aliqñ inuenitur tale in syllõ categorico, & illud fit, ꝙ capiamus id, cui non est aditus ad F conclõnem, ac si ei esset aditus, hoc autem contingit in oratione virorũ sophistarum nugationis.

De translatione, & permutatione. Cap. 4.

TRanslatio vero, & ꝑmutatio ẽ, ꝙ trãslatio sꝑ sit ad id, qđ p̃t capi vice rei, & putatur, ꝙ sit ipsa res, & fallit. Hoc aũt est dictio, aut res, ipsa aũt res aut ẽ singularis, aut vl̃is, aut ꝑticularis, aut cõsequẽtia priora, aut posteriora, aut cõiũcta, aut imagines rei ĩ aĩa, aut sua simulacra sẽsata, & ĩ his

G his rebus sunt q̃dã res, q̃ appropriãt eas in se, & q̃n in eis imaginant̃ res alię, opʒ, ꝙ in eis imaginent̃ res, q̃ inueniant̃ in his rebus. Exemplum vero dictionũ constitutarũ vice rerũ est, sicut qui credit propõnẽ, cuius sunt nomina synonyma esse ꝓpõnes multas. Vl̃is vero, & particularis est, sicut ꝙ attribuamus homini rõnẽ, deinde transferamus illam ad animal, aut è conuerso. Translatio vero ad simile est manifesta, & ex hoc loco exit oratio assimulationis. Cõiunctũ vero est, sicut oratio dicentis, tẽpus interfecit ipsum, tempus.n. non interficit, sed est coniun-
H ctũ interficiẽti. Similitudines vero rei, notũ est, ꝙ ipsæ dũ capiũtur, ꝙ sint res, ipsæ in se fallent. sed maior pars fallaciæ harum similitudinum fiunt in rebus, quas difficile est imaginari in se, sed imaginant̃ in alijs ab eis, aut fiunt in rebus, quas impossibile ẽ imaginari in se. v. g prima materia, q̃ non est formata certe, põt imaginari in suo proportionali: q̃n aũt intenditur imaginari in se, capit̃ formata cũ imagine formæ, & non imaginat̃ ẜm id, q̃d ipsa est in se, sicut est, q̃n dicimus, ꝙ non sit extra mundũ vacuum, neq; ple-
I num, non põt hoc imaginari, sed semper æstimatur, ꝙ extra mundum sit vacuum, aut corpus. Hic autem locus est, induxit ad orationẽ de vacuo, & ideo dicunt loquentes de Creatore, ꝙ sit, quem non conciperent ipsum, intellectus, hoc est, du imaginaretur. Fallacia itaque eorum, quæ dicta sunt, cadit ex hoc in rebus, ex quibus fit doctrina, quæ vocatur constantia ad oculum: hoc autem fit in Geometria Mathematicorum.

De rationibus probabilibus, & litigiosis. Cap. 5. K

POstq̃ aũt iam locuti sumus de rebus, ex quibus cognoscitur verificatio vera, & formatio perfecta, & postea locuti sumus de reb⁹, quæ fallunt in eis, loquemur itaq; de verificationib⁹ topicis, & litigiosis, ẜm quantitatẽ qua iuuatur vnaquæque illarũ. sermo vero, quo compleantur hæ artes, non est necessarius nostro proposito. Hinc aũt incipiemus de sermonibus topicis, & dicemus, ꝙ quantitas, quã adipisci facit, est coniecturæ proximæ veritati. Coniectura aũt vl̃r est, ꝙ credatur L de re, ꝙ sit ẜm quãdã dispõnẽ, & potest esse secus q̃ credit̃. Et illius proprietatis est, ꝙ auferat̃ in cõtrouersia contra id, quo est demr̃o, quia illius proprietatis est, ꝙ non auferat̃ per contradictionẽ, hic aũt est duarũ partium, quarum vna est, ꝙ non coniectetur eius contradictorium, & hæc est topica, altera aũt est, ꝙ nõ coniectetur eius contradictoriũ, & hæc est oratoria. Quòd vero hæc sit quantitas verificationis, quam hæc ars facit acquirere, est euidẽs ex definitione orationũ facientiũ ipsam acquirere, ex quo oratio topica est syll̃s cõpositus ex præmissis diuulgatis notis. In ipsis aũt præmissis diuulgatis euenit verificatio ex parte attestationis totis ipsis, aut maiori ipsarũ parti, nõ ex parte qua res ita sit in se: è conuerso illius, quod est res in demr̃one, q̃m in illã occurrit nobis veritas certe vera ex præmissis, quibus nobis euenit illius veritas ex parte qua illæ sunt, in reb⁹ ẜm ꝙ sunt extra animam, non ex parte qua est significatum nostri dicti Hoc aũt sic existente, vt plurimũ hæ

Quæ sit orationũ topicarũ materia. M

A hę propositiones topicæ sunt falsæ ſm partem. Si autem inueniant̃ verę ſm totum, hoc inest eis p accñs, hoc est ex parte q̃ contingit diuulgato, ꝙ sit extra aĩam id eius, quod est in aĩa. nos autem non sumimus eã in his syllogismis ex hac parte, vt diximus, sed solum ex parte diuulgationis. & ideo oportet necessario syllogismum verum ſm figuram cõpositum ex talibus p̃missis, ꝙ faciat adipisci opinionem occurrentem.

De forma topicarũ oronum.

Postq̃ autem exposita est quantitas verificationis, quam facit acquirere hęc ars, dicemus spẽs orationũ B agẽtium illam. Et dicimus, ꝙ syllogismi, ex quibus sequitur opinio ꝓpinqua veritati, necessario oportet, ꝙ sint veri ſm figuram: sin autem, essent orationes falsigraphæ. Et iõ spẽs syllogismorum, q̃ fiũt hic, sunt tres spẽs dictæ ĩ libro Priorum, hoc est categoricus, & conditionalis, & syllš contradictorij, tam simplex, q̃ compositus illorum, possibilis nanque est constructio quæsiti ipsiusq; destructio talibus syllogismis topicis compositis, ex quo inueniuntur apud nos præmissæ diuulgatæ conferentes C quæsito. Et aliqñ hæc ars vtitur alia spẽ verificationis propria ei, q̃ est inductio. Hæc aũt spẽs rerũ agentium verificationem est illa, q̃ enuntiat aliq̃d de re vniuersali enũciatione vlĩ, q̃ affirmat, aut negat esse hanc enunciationem in maiori parte illorum, q̃ sunt sub illa re vlĩ. v.g. enunciatio, qua enunciamus, ꝙ omne corpus sit nouum, cum nos inueniamus maiorẽ partem corporũ talis denominationis. Et est oratio, cuius vis est vis syllogismi primæ figurę, cuius minor extremitas est hęc res vniuersalis, medius autẽ terminus sunt ipsæ partes, & maior D est ipsa enunciatio. Sed res est cõtra illud, quod est res in ipso syllõ, qñ p syllm̃ semper procedimus ad verificationem rei particularis ignotæ, p vlẽm, quæ sit nota apud nos, & p æquale notum ad ęquale ignotum, ſm ꝙ non sumemus hic vlẽ æquale notũ præmissam maiorem, inquãtum est æquale, sed ex parte qua est vlẽ, siue sit naturaliter, aut impositione. Illud vero, quo innuit̃ verificatio rei particularis ex vlĩ, q̃d est apud nos, est, sicut ꝙ ostendamus, ꝙ oĩs homo sit sensitiuus, quia om- E ne aĩal est sensitiuum: sicq; homo, qui est minor extremitas, hic subintrat maiorem præmissam, & continetur in ea. Exemplũ aũt illius, quo procedimus ab æquali, est, ꝙ ostendamus, ꝙ oĩs homo sit risibilis, ex quo oĩs homo est rationalis: rationale. n. est ęquale risibili, quo nã pacto risibile sumit̃ vlr̃ distinctum per rationalitatem, & subintrans eam, & si sit illi ęquale ex quo hoc nõ nocet, & ideo diximus de tali, ꝙ sit vlẽ ſm suppositionem. In inductione vero semper innuitur à particulari ad vlẽ. quia, qñ, grã exempli, osten- F dimus, ꝙ omne corpus sit nouum, cum inueniamus quædam corpora noua: patet, ꝙ nos procedam⁹ ad hanc enunciationem vlẽm, videlicet, omne corpus est nouum, cum inuenerimus q̃dam corpora noua, sicut sunt aq̃, & terra, & aer, & ignis, & cætera: & veniet compositio orationis, cui⁹ vis est vis syllogismi primæ figuræ, sic, corporum quoddã est ignis, aer, aqua, & terra: & hæc sunt noua, corpus itaq; est nouum, excepto, ꝙ, qñ hoc fecerimus per inductionem separatam in se ad osten-

G dendum quæsitum ignotũ, non erit fortis persuasionis: qm̃ dum videbitur per inductionẽ, ꝙ prædicatũ insit subiecto, quæsitum erit præmissa ꝑ se nota ostensa ꝑ inductionem, & non erit ignota. Hæc aũt ars ex parte, qua constituit syllm̃ de quæsito ignoto non sumit per se notũ, in quantum sit quæsitum, sed tale conuenientius est in regulis rhetoricis: & ideo illa ars pro maiori parte vtitur inductione ad verificationẽ maioris præmissæ. Veruntñ inductio non est vtilis ad tale. qm̃, qñ nos induxerimus ꝑ multitudinem singu-
H larium ingredientium sub præmissa maiori, & in illis, q̃ inquisiuerimus, non erit aliquod, qđ sit subiectum quæsiti, vnde eueniet nobis, ꝙ hoc sit contentum sub pręmissa maiori, & vt vľius inquam, vñ nobis prouenniet veritas vľitatis huius ꝑmissæ. Si autem subiectum quæsiti fuerit in summa illorum, q̃ induxerim⁹, redderetur ipsum quæsitum ꝭm se præmissa ostensa ꝑ inductionem, & redibit primum dubium. In arte vero Topica non ꝑficitur res tali ꝑfectione, sed illa enunciat esse enunciationem in omni, ob eã esse in maiori
I parte. diuulgatum enim est, quòd paucum sequatur multum.

Inductionis vis. Inductio vero, inquantum inductio est, licet in ea completa sint oĩa particularia, tñ non largit̃ ꝑ se primo prædicatũ necessariũ essentiale, ex quo non est impoľe, ꝙ illud vľe sit ꝑdicatum de oĩbus his singularibus per accidens, sicut qui opinatus est, ꝙ omne quod generatur, generetur ex ente in actu. & ideo tales ꝑmissæ sunt pręmissæ diuulgatæ. Inductio vero, quę fit in demonstratione, fit ad dirigendum ad veritatem, non ad illius acquisitionẽ primo & per se, magnum autem discrimen est inter id, quod fit ad dirigendum, & inter id, quod fit vtile ꝑ se. K
Et ideo non oportet in præmissis, quarum veritas acquiritur per inductionem, vt inquiramus omnia singularia, sed sufficiunt ad hoc quædam illorum. Veruntamen ad facere inductionem indigebimus ob alteram duarum rerum: aut, quia adhuc non intelligitur hoc genus pręmissarum per sensum suorum singularium, sicut qui non sentit oĩno, ꝙ scammonea purget choleram: talis L
itaq; indiget inductione, quousq; eueniat prædicatum essentiale. Et hæ sunt notæ inter pręmissas expertas: quę quidem præmissę mutuo se excedunt ꝭm quantitatem illorum, quę oportet sentire de suis singularibus, vt occurrat veritas illarũ. hoc autem est ꝭm datam materiam: de quibusdam. n. oportet, ꝙ sentiam⁹ vnum singulare solũ, sicut sunt multæ propositiones arithmeticę, & de quibusdam oportet, ꝙ sentiamus plusq̃ vnum. Altera autem res, qua indigemus facere inductionem in demõstratione, est, quia maior pars M
hominum non concedit vniuersalitatem multarum præmissarum, sed concedunt vnam suarum partium, vt, ꝙ sciatur, ꝙ cognitio sanitatis, & ęgritudinis sit vnius scientię, quæ est scientia medicinæ, quãdo autem diceremus illi, ꝙ cognitio contrariorum sit vnius scientię, nõ concederet hanc vniuersalitatem, donec ipsam inquirat, & tunc occurrit ei illius vniuersalitas. Hæc itaq; est forma orationum topicarũ. Sua vero materia sunt pręmissæ diuulgatę, vt pręmissum est.

Orationũ topicarũ spẽs quæ.

A Illius autem species sunt istæ, q a quædã est, quæ est diuulgata apud omnes, & hæc species ẽ nobilissima illarum, & possibile est, ꝙ in hac cõueniant omnes gentes diuersæ cum discrimine suarum regionũ, & suæ educationis, sicut, quod commẽdatio studiosorum sit bona, & honor parentum sit opportunus. Et quædam illarum sunt, quæ sunt diuulgatæ apud maiorem partem, prẹter quòd sint apud reliquos, & in his ẽ disceptatio, vt, quòd Deus sit vnus. Et quædã sunt diuulgatẹ apud sciẽtes, & habentes sapientiam, aut maiorem partem, vt, quòd cœlum sit

B sphæricum. Et quẹdam sunt diuulgatæ apud artifices, prẹter quòd vulgares repugnent illis, sicut quod est in medicina, quòd scammonea purget cholerã, & coloquintida phlegma. Aut sint apud notum inter sapiẽtes in arte, præter quòd repugnet eis aliquis vir illius artis. sicut est dictum Hippoc. quòd labores prouenientes sine causa præcedente prognosticẽtur morbos. Aut sint apud maiorem partem illorum, & iterũ sint similes diuulgatis, ac si essent diuulgatẹ. vt, quòd scientia cõtrario-

C rum est vna, sicq;, & sensus contrariorum est vnus idem. Et iterum, quòd est contrarium diuulgato est diuulgatum. v.g si sit diuulgatum, quòd amico expediat benefacere, inimico itaq; expedit malefacere. Nobilissimum autem horum est, cui attestantur omnes, aut maior pars. Illẹ vero, quibus omnes attestãtur, sunt vulgatẹ testimonio oĩum, aut maioris partis, sicut sũt opiniones sapiẽtum, quæ quidem sunt diuulgatæ, quia omnibus, aut maiori parti videtur, quòd cõueniat, quòd

D admittantur illorum opiniones. Et tales sunt opiniones ꝓpriẹ artibus, & reliquẹ. Hẹ autem prẹmissæ diuulgatẹ necessario sunt vniuersales, ex quo particulares sunt latentes, & non sunt communes omnibus ſm sensum, licet capiantur in his syllõis indefinite, & non aduertatur in eis nimium quòd eas exponant cum signis, & ideo mẽtiuntur ſm partẽ.

Quot sint prẹdicata topica.

Vniuersales autẽ, vt præmissum est, tam simplices, q̃ compositẹ illarum, sunt octo partium, genus, & species, & differentia, & proprium, & accidẽs, definitio, & descriptio, & oratio, quẹ non est definitio, neque

E descriptio. Hoc autem sic existẽte, ꝑdicata topica necessario sunt vni⁹ istarũ partium. Quia vero species non prẹdicatur nisi de singulari, & in enũtiatione, cuius subiectum est singulare, qua non vtuntur in hac arte, ideo non numeratur hic prædicatum. Descriptio vero subingredit̃ proprium, qñ illorum potestas est vna, & similiter oratio, q̃ nõ est definitio, neq; descriptio subintrant accidens. Sunt itaq; prædicata topica necessario quinq; partium, definitio, & genus, & differentia, & pro-

F prium, & accidens. Definitionis aũt descriptioni sufficit, ꝙ sit oĩo significãs dispositionẽ rei, quæ est ipsius constantia & esse. Genus vero iã definitum est, ꝙ sit ꝑdicatum de multis differentib⁹ spẽ in eo ꝙ quid est. Differentia vero est prædicatum de multis differentibus specie in eo ꝙ quale est. Proprium autẽ est, quod non significat rei q̃ditatẽ, & inuenitur toti ei, & soli, & semper. Accidens vero describitur hic duabus descriptionibus. quarum vna est, ꝙ ipsum capiatur pro re, & non sit ge-

G nus, neq; differentia, neq; propriū, neq; definitio. Secunda autem est, ꝙ sit id, quod potest vni eidem rei inesse, & non inesse. Describitur vero his duabus descriptionibus, quoniam aggregatum ex eis euenit ad accidentis formationem absolute: qm̄ vna descriptio illarum attribuitur accidenti inseparabili, & altera illi quod separatur. Notum autem est, ꝙ hæ descriptiones hic positæ non sufficiant ad formationē vnius istarū perfecta formatione, sed sufficit de illius significato hic. perfe-
H ctio enim formationis rerum, ex q̄bus componuntur definitiones, est in lib. Posteriorum. Sicq; quod accepimus hic in generis definitione, notum est, ꝙ generis vltimi generum. Et similiter de differentia non sufficit, ꝙ sit prædicatū in eo ꝙ quale, præter ꝙ sit propria rei, cuius est differentia. Quando autem prædicata in propositionibus topicis fuerint vnius istarum quinq; partium, oportet necessario species syllogismorum topicorum, ꝙ sint secundū
I ꝙ componuntur ex his quinq;, quę sunt formata ſm hunc modum formationis: & hoc est, quādo accipiūtur prædicata naturaliter, vel è conuerso, & fuerunt positi tres termini syllogismorum, qui proportionantur sibiinuicem ſm vnā harū quinque proportionum, prout est proportio definitionis, aut alia proportionum, vel ſm compositas, vt, ꝙ vnius termini proportio sit differentiæ, & secundi sit proportio accidentis, aut alia proportio: aut capiātur semper vno modo, videlicet ꝙ duo termini semper proportionentur ad tertium, aut maior extremitas, & medium ad minorem, aut minor & medium ad maiorem, præter ꝙ K
inter duas extremitates proportionatas sit aliqua proportio istarum proportionum, sed sua prædicatio erit per accidēs. Hoc autem est duobus modis. aut, ꝙ ponamus amborum illorum ad extremitatem proportionem vnam, vt, ꝙ sit proportio medij termini ad minorem solum proportio definitionis, aut quęuis harum quinq; proportionum, vel è contra, hoc est, ꝙ minor & medius proportionetur ad maiorem secundum hanc proportionem, aut alterius illorum: aut, ꝙ ponamus proportionem amborum ad aliud L
extremum duas proportiones, vt, ꝙ proportio extremitatis maioris ad minorē sit proportio definitionis, & medij ad maiorem sit proportio differentiæ, aut aliqua alia proportio ex illis. Quando autem processerimus in combinationibus horum syllogismorum hoc modo, fiūt species syllogismorum topicorum duplum specierum syllogismorum demonstratiuorum. hoc autem est, quia illi non seruant in illis prædicationem naturaliter, neque prædicationem essentialem. Ob vehementiam autem assimilationis illorum, M
& suæ affinitatis ad species syllogismorum demonstratiuorum, multi viri putauerunt ꝙ multi istorū syllogismorū demonstratiuorum ceciderūt ex libro Abumazar. illi aūt ſm veritatem sunt syllogismi topici. Hic autem est vna pars specierū orationum verificatiuarum, q̄ notę sunt inter logicas orationes, videlicet species, quæ componitur ex p̄missis veris, quę non sunt essentiales, sed sunt communiores, q̄ genus quo vtūtur: ex parte itaque qua est

vera

A vera, æstimatur, ꝙ sit numerata in speciebus demonstrationum : & ex parte, qua nõ est essentialis, æstimatur de ea ꝙ sit topica. Themisti⁹ vero ostendit de hac parte, ꝙ non sit topica: quod vero videtur ex vi verborum Abumazar, est, ꝙ illa sit topica. Nos autem dicimus, ꝙ si causa occursus veritatis in aliquo quæsito non fuerit quæ putatur in anima, ꝙ sit prædicatum de essentia subiecti, aut subiectum de essentia prædicati, in hac verificatione non fit aliqua res præter diuulgationem, aut inductionem, illa autem, quæ est talis consuetudinis, neces-B sario est topica. veruntamen tales syllogismi sunt in eminentiori gradu, quàm syllogismi topici, quia nõ sunt falsi, nec in parte: hæc itaque quantitas, quam diximus, est sufficiens ſm nostrum propositum hic. Arist. vero, quia apud eum hæ orationes topicæ distinctæ sunt à demonstratiuis, non solũ in materijs, sed etiam ſm orationem, opinatus est, ꝙ tales, & si non sint demonstratiuæ, habeant de illis exercitium ex magis diuulgato illarum. Ex quo enim pro maiori parte præmissæ diuulgatæ sũt oppositæ, pos-C sibile est, ꝙ vna eadem res construatur & destruatur ex his præmissis, quãdo propositioni minori coniũguntur duæ propositiones contradictoriæ, & opinatus est, ꝙ talibus syllogismis vtãtur ambo aduersarij ad confirmationem & destructionem rei, secundum ꝙ alter eorum intendat cautionem illius, & alter destructionem. Et eueniet inde magnum exercitium, modo quo euenit in artibus, quę sunt præuię modo aliarum, sicut est ars Dialectica, & aliæ ab ea. Et propterea posita est D hæc ars inter interrogantem & respondentem : & instituit interrogantem modo, quo recipiat à respõdente id, quo destruat illius positionem : respondentis autem modum instituit, ꝙ non admittat rem, qua destruatur eius positio. Et tradidit ad hoc omnia loca, quibus adipiscãtur syllogismi in omnibus quæsitis secundum clausulam conditionis, sicut quęritur simpliciter, siue fuerit quęsitum secundum conditionẽ annexam, vt quęratur an sit genus, aut definitio, aut vlla quinque proportionum: deinde cum hoc tradidit quo modo interroget interro- E gans, & respondeat respondens. Et cum hoc dedit pręcepta propria interroganti, & præcepta propria respondenti. Et hinc est, ꝙ hæc ars definitur, ꝙ sit habitus, quo valeat interrogans facere ex propositionib⁹ diuulgatis syllogismum ad destructionem vtriusque duorum extremorum cõtradictionis, quod interrogans recipit à respondente: & illo valet respondens non admittere interroganti aliquam rem, ex qua sequatur cõtradictorium illius quod posuit. Huius etiam artis sunt alia iuuamina, quæ numerata sunt in li- F bro Topicorum. Sed tale exercitium putatur, ꝙ non sit necessariũ ad perfectionem artis demonstratiuę : si vero fuerint, sine dubio est ex parte manifestioris.

AVERROIS VARII GENERIS QVAESITA IN LIBROS Logicæ Aristotelis,

Abramo de Balmes interprete.

IN LIBRVM PERI HERMENIAS.

Quæsitum. I.

De Prædicatis compositis, & diuisis.

H
Hilosophus opinatur, quod prædicatorum simplicium quædam sunt, quæ cum componuntur fit ex eis prædicatum vnum per se, & hæc verificantur diuisa & composita necessario, & quædam sunt, quæ dum componuntur, fit ex eis prædicatum per accidens, & hęc dum verificantur, cum horũ sit verũ & falsum. Et proprietatis prædicatorũ, quæ verificantur diuisa & cõposita, sunt duę res: quarũ vna est, quod esse vnius ipsorũ duorum alteri sit per se: secũda aũt est, quod vnũ ipsorum non dependeat ex altero:
qua conueniunt alia: differētia vero notificat substantiã speciei, quã determinatur ab alijs, aut suã substātiam, inquantum determinatur ab alijs. Nostra autē expositio circa hoc erit, vt nostri moris ē circa reliqua, quæ speculamur: illa autem est speculatio necessaria, & speculatio propter melius. Necessaria quidem speculatio in hoc tractatu est illius verus intellectus, præter quem non verificatur, ꝙ imaginetur. Dicimus itaque, ꝙ prædicata simplicia, quæ de subiectis prędicatur, & simplices res, quibus respondetur in responsione quid est, vel qualis est, M
partiuntur duabus diuisionibus veris notorijs in notificatione: quarum prima diuisio est, quia illa diuiduntur in ea, quæ notificant ea, quæ sunt de essentia, & in ea, quæ notificant ea, quæ sunt extra essentiam. Alia autem diuisio est, quia illa partiuntur in ea, quę notificant rem vniuersalem, & in ea, quæ notificant rem propriam. Hic autem est tertia diuisio, quam decernunt naturæ illarum rerum, sicut decreuerunt illæ duæ diuisiones, ad quã

A tertiam diuisionem excitauit nos Alpharabius, quæ est, ꝙ illa partiantur in ea q̃ notificant totum ipsum cognoscibile, & in ea, quæ notisum cognoscibile, & in ea, quæ notificant partem ipsius. Omnes autem hæ diuisiones sunt rerum simpliciũ ſm duas notitias, verificationem, id est, an sit, & formationẽ, i. quid sit. Ex quo autem res ita se habet, oportet illum, qui locuturus est de genere, & differentia sermone logico, ꝙ notificet quid vtrunq; illorum cõtineat de notitia, quia est, vel quid est, & an notitia vtriusq; sit essentię, aut illius, quod est extra essentiam, B vel totius spẽi, aut ei⁹ partis. Ideoq; Alpharabius prædixit in præcedenti sermone, ꝙ notificatio generis & differentiæ sit essentiæ, nõ illius, qđ est extra essentiam: & hoc, qñ dixit, ꝙ genus & differentia conueniant, eo ꝙ vtrunq; ipsorum notificet essentiam speciei. Hoc itaq; sermone notificauit, in qua re notificationis conueniãt, & quæ notitia sit, in qua conueniãt, quæ est notificatio substantiæ. Postea vero fecit mentionẽ de distinctione substantiæ, quã notificat ipsum gen⁹ à substantia, quã C notificat ipsa differẽtia. Et hoc, qa substãtia, quam notificat ipsum genus, est tota ipsa species notificata, vel id, quod continet illam, & aliã ab ea. Substantia autem, quam continet differẽtia est tota ipsa species, aut id, qđ appropriat illam ab aliis. Necessaria autẽ est expositio duarum rerum conducentium notificationem generis ipsius speciei duobus modis differentibus, & duarũ rerum conducentium notificationem differentiæ ipsius speciei duobus differentibus modis: sicq; nũc faciemus mentionem circa vtrunque eorum de duabus rebus ꝓpter D varietatem modorum suæ notificationis: & hoc, quia ex quo notũ est de intentione generis, ꝙ conueniat cum differentia circa esse amborũ in ipsa specie, & ꝙ inter ea in specie sit differẽtia ſm esse: & ideo species, quę est composita ex ambob⁹ illis, est vna in actu, & non duę. Sicq; oportet propter esse vnionem generis cum differentia in ipsa specie secundum esse, & vtrunq; ipsorũ esse est inseparabile ab alio, & indifferẽs ab illo ſm esse, ita vt genus, qñ prędicatur de ipsa specie, aut qñ ꝑ illud E respondetur ad questionem qd est ipsa species, ꝙ notificet totã ipsam speciem, sed ipsum non notificat illam per id, quod appropriat illã, ex quo pars notificans est communis illi, & reliquis suis speciebus differẽtibus: sicq; suum notificare totã ipsam speciem, non ſm partem illius ratione suę conuenientię cum differentia in specie ſm esse, & ipsum notificare illam totalitatẽ, inquantum continet ipsam speciem, & aliã ab illa, est propter genus esse cõmune illi speciei, & aliis speciebus di- F stinctis. Hæc itaq; est causa notificandi genus ipsam totã speciẽ ſm substantiam communem: sicut causa notificandi genus de ipsa spẽ partem suæ substantię: & est id, quod continet ipsam speciẽ, & alia ab ea, quod est esse intentionem generis, & eius essentiam ex parte, qua ambo illa sunt essentię distinctę, nõ ratione qua ambo simul insunt ipsi speciei: & ideo intendo, ꝙ propter genus esse essentiam speciei illi⁹ intentio est alia ab ipsa differentia, & conueniunt ad eẽ speciei. Ideo necessario notificauit ex hac parte genus

G nus de ſpecie partē eſſentiæ ſpeciei, & hoc eſt, qđ intēdebat, q̄n dixit: niſi ꝙ genus notificat eſſentiam ſpeciei, in qua conueniunt alia ab illa, & intendebat notificationem generis de ſpecie totam ipſam ſpeciem, q̄n dixit: aut ſuam eſſentiam, inquātum ſecum cōuenit in illa aliud ab ea. Et per hoc idem oſtenditur notificatio differentiæ de ipſa ſpecie ſecundum ſuam totalitatem, aut ſuā eſſentiam, q̄ illā appropriat, hoc eſt, ꝙ differentia ſit eſſentia ſpeciei, & pars eſſentię ſpeciei: ex quo ſpecies
H eſt ex duabus eſſentijs, quarum vna eſt ipſa differentia, q̄ notificat partem ſpeciei. Ex quo autem in duabus notificationib⁹ totali & partiali differentia eſt eſſentia propria ipſi ſpeciei, ei⁹ notificatio toti ſpeciei eſt ſm id. qđ appropriat ipſam ſpeciem, & ei⁹ notificatio eſt partis ſpeciei proprię. Conſtruuntur autem de duabus notificationibus generis duæ demonſtrationes, & ſimiliter eſt de differentia. Demonſtratio autem de notificatione generis ad totam ſpē̄m, inquantum continet ſpeciem, & alia ab illa, cōſtruit̄ ſic: Ge-
I nus eſt eſſentia cōis ſpeciei, q̄ ineſt illius totalitati, id aūt quod eſt ſubſtantia cōis ſpeciei inexiſtens ſuę totalitati, notificat ſpē̄m, inquātū cōtinet ſpē̄m, & alia ab illa: infert̄ īde, ꝙ genus notificet totalitatem ſpē̄i, inquantū continet ſpē̄m, & alia ab ea. Demonſtratio autem notificandi ipſum de ipſis ſpeciebus, vt partē ſuæ eſſentiæ communis, & cōſtituitur ſic: Genus eſt pars eſſentię cōis ſpeciei, id autē, quod eſt talis denominationis, notificat eſſentiam ſpeciei communem: & inde infertur; quòd genus notificet eſſentiam ſpē̄i communem. Demonſtratio autem K notificandi differentiam totam ipſam ſpē̄m ſm id, quod ipſam appropriat, conſtituitur ſic: Differētia eſt eſſentia ſpeciei propria, q̄ toti ipſi ineſt: illud autem, quod eſt eſſentia ſpeciei propria toti ipſi inexiſtens notificat totam ſpē̄m per id, qđ appropriat ipſam ſpeciem. Demōſtratio autem notificandi differentiam de ipſa ſpecie ipſam ſpeciei propriā eſſentiam, conſtituitur ſic. Differentia eſt pars eſſentię propria ſpeciei, id autem, quod eſt talis diſpoſitionis notificat eſſentiam ſpeciei ſibi L propriam: differentia itaq; notificat eſſentiam ſpeciei ſibi propriam. Ex parte itaq; ineſſendi genus, & differētiam toti ſpē̄i eſt notificatio vtriuſq; ipſorum de tota ſpecie, & ex parte eſſendi vtrunq; ipſorū partem ſpeciei, eſt partis tm̄. Genus vero eſt ipſa pars communis, & ſic q̄n notificat totam ſpē̄m, notificat ipſam ſm partem communem. Differentia vero eſt pars propria: & ſic, q̄n notificat totam ſpeciem, notificat ipſam ſm partem propriā: ſicq; completa eſt, & perfecta ſpeculatio neceſſaria perfecta, & vera huius q̄ſiti. M Speculatio vero de illo, quę eſt propter melius, eſt ſtabilire ordinē ſermonum ſpeculantium ſermonē Abunazar Alpharabij de illo quæſito. Illorum autē ſermones, quos ſtabiliui circa hoc, ſunt tres. Quorum primus ſermo, quem ſtabiliui ī hoc loco eſt ſermo Abuharahmā bin thahar. Id autem, quod ex illi⁹ verbis reſultat eſt, ꝙ ipſe intellexerit ex ſermone Abunazar, & hoc ſit illud, qđ intellexerat ex ſuo ſermone in lib. Poſteriorum Analyticorū. Genus vero eſt, quod ſignificat id, quod

A quod currit cursu conclusionis demonstrationis, est dignius & mai⁹, ac vehementius. Differentia vero est id, quod significat id, quod currit cursu principij demõstrationis, & est dignior, & potior, & vehementior: & intellexit ex duob⁹ locis vnũ intellectũ, & constituit ipsum aliud esse idem: hoc autem quod Abunazar imaginatur in libro Posteriorum Analyticorum circa hunc locũ est, ꝙ duę partes diffinitionis, q̃ sũt genus & differentia, ponãtur in demonstratione, q̃n mutatur diffinitionis ordo in demonstrationis ordinem, ex quo, vt expositum est in libro Posteriorum Analyticorum, diffinitio est demonstratio positione differens, & de vtroq;, & genere & differentia meminit, quę pars demonstrationis sit, q̃n variatur positio partium diffinitionis in sitũ demonstrationis ex eo, quod gen⁹ est genus, & ex eo, quod differentia est differentia, & ex eo, ꝙ diffinitio generis sumatur loco generis, & differentiæ diffinitio sumatur loco differentię: & comparauit inter duas significationes generis & differẽtiæ, & exposuit, ꝙ genus sit cõe, & differentia sit propria, & ꝙ, q̃n mutatur diffinitionis ordo in demonstrationem fiat genus cõclusum in demõstratione: & propterea est demonstrationis conclusio, & differentia est demonstrationis mediũ: & ideo fit demonstrationis principium, cũ demonstrationis principium sit ipsius medi⁹ terminus. Et notum est, ꝙ quicquid est, de quo meminerit de vtroq; ex demonstrationis ordine, sit ordinatum: ex quo differentia est propria, & genus est cõe. Cõmune autem infert ex ꝓprio, sicq; ergo oportet, ꝙ genus ſm suam cõmunitatem sit demonstrationis cõclusio, & differẽtia ſm suam appropriationẽ sit demonstrationis principium. Hi autem duo ordines, qui sunt generis, & differentię ad demõstrationem insunt illis ex eo, ꝙ vtrũque eorum sit sumptum in demonstratione per se: sumpsit vero loco vtriusq; illorum suam diffinitionẽ, nec ambo currunt processu vnius partis demonstrationis: Sed generis diffinitio significat totum aggregatum, quod est demõstrationis principium, & illius conclusio: sicq;, & differentiæ diffinitio, ex quo ambę diffinitiones partiuntur in genus, & differentiam: sicq; generis ordo in demonstratione est gradus, qui sibi inest, qui est ipsum esse demõstrationis conclusionem, & differentiæ ordo est gradus, qui sibi inest, q est ipsum esse demonstrationis principium. Exemplum aũt ordinis, qui est generis & differentię in demonstratione ſm se, non ſm assumptionem suarum diffinitionum, q̃n variatur positio diffinitionis in demõstrationis positionẽ, est sicut ꝙ mutetur diffinitio hominis, quę est animal rationale, & dicatur, homo est rationalis, & rationale est aĩal. Sicq; rationale stabiliretur ĩ diffinitione sub gradu principij, & animal sub gradu conclusionis: quãdo autem sumeretur animalis diffinitio loco animalis, summa generis diffinitionis significaret aggregatum in demonstratione, quod est illius principium, & ei⁹ cõclusio: & hoc, quia aĩalis diffinitio est corpus nutribile sensitiuum. Sicq; nutribile sensitiuum poneretur sub gradu principij demõstrationis, & corp⁹ sub gradu con-

G conclusionis demõstrationis: & cõnecteretur demonstratio ex mutatione positionis diffinitionis sic, hõ est nutribilis sensitiuꝰ, nutribilis autem sensitiuus est corpus, homo itaque est corpus: notum aũt est ꝙ gradus rei, quę est illi per se in demonstratione, est verior, & dignior, ꝙ illi attribuatur, & est vehementioris fidei, & maioris vsus: fit aũt verior, quia est ẜm rei essentiam, non secũdum id, quod ipsam infert, quæ est eius diffinitio. Sicq; ĩter duas notificationes duorum locorum est differentia, quę iam exposita est, ac ẽt
H quomodo terminetᷣ ordo ordinis demõstrationis, & ordo ordinis notificationis rerum separatarum. Id autem quod fallit per nomen ęquiuocum, est in duobus locis, quorũ vnus est, qñ dicit summam aggregati: qm̃ per summam aggregati intellexit Hadadah Alrhaman ipsam speciẽ, qñ species est summa aggregata ex genere & differentia: intentum autem per illud in libro Posteriorum analyticorum, est aggregatum ex hac demonstratione & eius conclusione: alter autem locus insinuat illius responsum: quia Habu
I habadh Aerahmã intellexit suũ responsum de specie: intellectum aũt de illo in libro Posteriorum analyticorum est suum responsum de ipsa diffinitione, inquantum suæ conditionis est, ꝙ sua positio mutetur in positionem demõstrationis. Stabiliui autem mentem huius nobilis iudicis, in quo Deus sibi complaceat, circa duos sermões. Primo circa sermonem, quo in diuersum deuiauit est, quia Abunazar meminit vtrobiq; de genere, & differẽtia notificatione vera & translatitia. Vera quidem est notificatio vtriusq; ip- K
sorum ẜm partem: translatitia vero est notificatio vtriusq; ipsorum ẜm totum multitudini plebis: ex quo illud cui inest notificatio ptis ẜm veritatem notificat ipsum totum ẜm translationem, non est in doctrina demonstratiua locus translationi. Secundum autem intellectum, ad quod trãsfertur, est, ꝙ illud de quo meminit Abunazar de ambabꝰ notificationibus in vtroq; & genere, & differentia, construitur sup opinionibus antiquorum circa esse generis & differentiæ in ipsa specie. Sicq; ille, qui credidit veritatem es- L
sendi amborum illorũ in illa, q̃ est illorum esse simul vniri in illa, non hoc esse in illa solum ẜm diffinitionem eius de hoc, posuit notificationem vtriusq; ipsorum consequentem hoc esse: & sicut esse est in tota specie, ita notificatio fit totius illiꝰ. Ille autem, qui credidit, ꝙ ambo illa, hoc est, ipsum genus & ipsa differentia sint in ipsa specie per modum inhæsionis, non ẜm modum vnionis: sicut est granum in generatione frumenti, posuit notificationem M
ẜm hoc ẜm partem, nõ ẜm totum. Hæc autem secunda opinio est falsa, nec est aliqua vtilitas, ꝙ notificatio conferat ordinem consequentẽ falsam opinionem circa ipsum esse: & complaceat sibi Deus in illo, qui me primo excitauit ad hæc duo loca, quæ numerauit Abuhabadhalrhaman, ꝙ sint diuersa. Quartus vero sermo est sermo illius, qui stabiliuit agentem nouum ẜm cognitionem, & ẜm operationem: quod est, quia Abunazar notificauit de vtroque illorum, & de genere, & de differentia, duas notificationes, quarũ vna

A vna est credentis, generis esse plures, species, & illa est notificatio vtriusque illorum secundum partem speciei: generis quidem secundum partem communem, & differentiæ secundum partem propriam: & credentis generis non esse nisi vnicam speciem. Sicq; apud sic credentem, genus notificat speciem secundum se totam: ex quo apud illum nõ est alia species. Deridendum autem esse vsum huius sermonis est manifestum illi, qui illũ scrutatur: & est sermo circa quem deuiauit à veritate Albuhabadhalrhaman, & credebat vnionem duorum locorum distinctorum, quod & suus pater crediderat. Sicq; completus est sermo de modo speculationis huius quęsiti: & hoc in ciuitate Dhaniæ tempore speculationis, quæ fit inter viros circa decisiones legales: & hoc in nocte introitus quarti diei mensis sahaban anni quingentesimi noni. Deus aũt est ille, q ad rectũ dirigit.

B

QVAESITVM II.

De nominis definitione.

C DIxit Eximius iudex Abuakasin benadaris: Deus ipsum custodiat. Diffiniuit Aristo. nomen in libro Peri hermenias, quod sit dictio significans impositione abstracta à tempore, & nulla suarum partium significat sola. Et dixit Abunazar Alpharabius, Omnes expositores cõuenerunt, quod adiectio dicti impositione sit superflua, ex quo dictio non significat, nisi impositione: & ideo dixerunt quod per dictionem hic ille intellexerit vocem. Hoc autem non habet aliquam intentionem, quia inconueniens est definito deferre genus remotum, & dimittere proximum: & hoc si concesserimus, quod D vox sit genus dictionis: Abunazar vero dixit quod detulerit illam, quia aliquando vocantur etiam multa, quæ canit animal, dictiones ob esse illorum expressionem proximam expressioni dictionum hominis. Et hoc etiam est cassum, quia gen⁹, quod dicitur æquiuoce, non conuenit quod fiat in definitionibus: sicut qui definiuit hominem quod sit animal, & accepit hoc nomẽ significans animal sensitiuum & pictum. Quando autem 'iam constiterit dictum illorũ, nos dicimus quod additum dicendi ipsum in hac definitione impositione, est additum necessarium, & per E illud pficietur definitio. Hominum enim dictiones diuiduntur in illã, quæ significat, & in non significantem: & ideo quod detulit genus supremũ, quod est ipsa dictio ipsum proprium, reddidit per significationem: & dixit dictionem significantem: & ex quo significatio est communior dictione, quia quædam est significatio vocum, & aliqua est significatio dictionũ: & significatio vocalis, qua vtuntur bruta, secernit F dictionaria, per id, quod dixit impositione: dictionaria. n. est in positione, & vocalis est naturaliter: ideo apposuit hoc additum vltra significationem, & dixit impositione ad distinguendum inter illas duas significationes: & hæc species definitionum est de speciebus definitionum completarum: accidit enim primæ differentiæ, qua diuiditur primum genus in definitione, quod sit diuidens genus primum, & genus, quod est super eo: & quando fertur differentia primi generis, oportet quod succedat dñia q ipsam distinguat à dñia,

qua distinguitur genus primi generis: cuius exemplum in definitionibus est, qui definiuerit hominem, ꝙ sit animal mobile bipes dicēdo, mobile diuiditur animal ī duas partes, & diuiditur per illud suum genus, quod est ipsum corpus. Quando autem additur in illius definitione bipes, distinguitur per illud mobile, quod est animal, a mobili quod nō est animal, & distinguitur ꝑ illud illa species animalis, quę definiri intenditur à speciebus distinctis ab ea in suo genere. Et huic simile contigit in hac definitione, quia, inquan-
H tum detulit dictionem significantem, distinguit per illud dictionem, quæ est genus nominis per genus, sub quo intrat nomen, quod est ipsum significans: & cum detulit et significans, & cum hoc ꝙ per ipsum significans bipartiatur dictio, per ipsum etiam partitur genus dictionis, quod est ipsa vox: quia quædā vox est significans, & aliqua est nō significans: & deinde tulit differentiam, qua distinguitur significatio vocalis à significatiōe dictionaria: & dixit impositione. Et de his, quæ
I tibi manifestant hanc rem est, quia dicere dictionem non significat ipsam impositionem: quia ex dictionibus, quibus homo loquitur, sunt illæ, quæ non sunt impositæ q̄ sunt p̄ęter missę dictiones, non institutę in idiomate: neq; dicere significātem significat positionem. Sicq; ergo necessario apponitur in definitione impositio. Sicq; dictū Expositorum, qui dixerunt dictionē significare ipsam impositionē est error: dictiones enim p̄termissę non sunt impositę: & tn̄ illę absq; du bio sunt dictiones: sicut gr̄a exēpli est dictio,

q̄ componit ex zada: quia tu inuenies de illis aliquā, q̄ imponit, & aliquam, q̄ non imponitur: & similiter est in reliquis compositionibus latentibus. Impoſſe ergo est sine additione significationis vltra dicere dictionem, quia quædam dictio est significans, & quędam non significans. Et impossibile est absq; additione per impositionem vltra significantem: quia significans q̄dam est naturaliter, & quędā impositione. **K**
Nec est alicuius dicere, ꝙ nō sit impossibile, ꝙ nomen dictionis non significet impositionem, & nomen significationis etiam non significet impositionem: & quando cōnectetur dictio cum significatione, & additur clausula conditionis in ea, significāt impositionem: quia si hoc concederetur, vltima differentia in hac definitione delata esset implicite, non explicite. Differentias autē vltimas definitionum conuenit significare significatione explicita simplici, non significatione insinuationis. Dictio enim est dictio, & vox & ex quo est vox eius significatio est naturaliter, & ex quo est dictio, habet significationem per impositionem. Impossibile ergo est absq; explicatione per dictionem, quæ significet per suam figuram, & declinationē ipsam impositionē. Et si diceret satis esse in definitione noīs, ꝙ dicat ꝙ sit dictio significās: ex quo hæc clausula cōditionis est ęqualis dicto per impositionem: melius itaque est ꝙ explicetur in definitione figura huius clausulę conditionis. Sicq; iā commōstratū est tibi, ꝙ qui definiuit nomen hac definitione, & abiecerat ab illa dictionē impositionis, errauerit decisiua enūciatione. **L** **M**

Deus

A Deus autem est qui diriget ad rectũ illũ quem voluerit. Et talis est mos hominum cum hoc viro in omnibus, quę argumentantur contra ipsum. Dico autem homines illos, qui sunt vere philosophi.

Duorum quæsitorum Abbalkasis Benadaris finis.

ALHAGIAG BIN THALMVS

QVAESITVM

De mistione propositionis de inesse, & necessariæ.

B DIxit Aristoteles in vltimo expositionis combinationis de inesse & necessariæ, si negatiua fuerit necessaria, & particularis, conclusio itaq; non fit necessaria. Huius autẽ expositio fit in præmissis diffinitionibus: & similiter qñ dixit in vltimo mistionis de inesse, & necessario in tertia figura: si propositio affirmatiua fuerit necessaria, siue fuerit vniuersalis, siue particularis, aut negatiua fuerit particularis necessaria, conclusio non C fit necessaria. Intẽdebat qñ dicebat: conclusio nõ est necessaria. hoc est, modo quo redeat in primam figuram eo modo quo redit in de inesse simplici, & fit suum dictum hic, ꝙ conclusio non fiat necessaria, loco eius dicti de vtrisq; in necessario simplr, non exponitur cõclusio syllogismi necessarij eo modo, quo exponuntur conclusiones syllogismi simplicis. Huius autem expositio de diffinitionibus, vt hæc opinio appareat de illis ambobus, hoc est, sua reductio in primam figuram modo prædicto, nõ habet esse. Deinde subticuit suppositionem ipsam, quia iã D illam pręmiserat de necessario simpliciter: ideo abbreuiauit totũ hoc s̃m suam consuetudinem in abbreuiatione, & latentia in locis, in quibus intendit hoc, aut in vno illorũ, aut in ambobus: quia ille iam ostẽdit suam intentionem in ambobus illis locis. Sicq; apud me educitur expositio sermonis Aristo. munda ab omni labe, quæ ei attribuitur vel illi similis est, & aufertur ambiguitas ab illo. Deus autem nos semper dirigat ad id, quod conueniens est. Amen.

Quæsiti Alhagiachin finis. E

ABVHALKASIM MAHMATH BEN KASAM

QVAESITVM I.

De modo discernendi demonstrationes propter quid, & demonstrationes quia.

It Abuhalkasis Mahmath ben Kasam philosophus declamator. Quia periti speculatores scientię Logicę iam perplexi sunt circa cognitionem demonstrationum propter quid, & demonstrationum quia: & nõ fuit eis manifestatus ordo, quo discernũtur demonstrationes propter quid, & quia, cum eo quod tulit Abunazar circa hoc, pro quo commendandus est. Causa aũt suæ perplexionis circa id, cuius memini, fuit id, quod accidit in editione demonstrationum ex sermonibus fallẽtibus corruptis, qui nõ sunt de litera Abunazar. Ex quo autem non considerauerunt quod cecidit illuc esse corruptum, & cre-

G crediderunt ipſum, aſſeruerunt eius veritatem, & ordinauerunt circa illud demonſtrationes, & inuenimus eos, quod detraxerint ſermonẽ ad ſuũ libitum, & tradũt conditiones, quibus nimis recedunt à vero ordine, cuius meminit Abunazar: nec conſtitit negocium ipſorum, adeo quod diſceptauerunt circa ipſum: & apud quoſdam ipſorum inuenitur id, quod non eſt apud aliquos: & iam factus eſt ſermo de hoc inter me & quoſdam per iterũ: vbi maior pars meæ opinionis circa id fuit, quod in libro ſint ſermones fallentes corrupti, &
H non multum ſpeculatus ſum prius circa hoc, & perſuaſus ſum, quòd ſatis eſt per ſermones Abunazar, dum in ſuis libris loquitur de his: & ſeparati ſumus inde abſq; quod haberemus rem, quam ille intenderet: ex quo autem res ſe habet circa hanc rem præſtantem, prout meminit, & non deſtiti mentis robur ſumere à complendo ſpeculationem circa illud, donec hoc contigerit: & poſui quæſtionem quæſitum ſecundum eius intentionem de ipſo: prout facit initians id, de quo non fuit opinio alterius. Sicq; Creator ſua miſericordia direxit me ad ipſam veritatem: & quod
I hinc prouenit, conuenit illi, quod retulerat Abunazar: & ſpeculabimur id, quod ille retulerat in eius editione: ex quo autem notæ ſunt circa hoc queſitum duę opiniones, cõſtituam eas in ſcriptis, vt valeant dirigere illum, qui mihi ſuccedet. Dico itaq; quod omne queſitum ſpeculatiuum ſcitur per ſyllogiſmum, prout oſtenſum eſt in libro Poſteriorum: omnis autem ſyllogiſmus componitur ex ſubiecto queſiti & eius prędicato, & re tertia, quæ vocatur terminus medius, prout oſtenſum eſt in K libro Priorũ Analyticorum: & non facit acquirere ſyllogiſmus ſcientiã alicuius quæſiti, qua in eo ſunt duo extrema quæſiti. hoc autem eſt abſurdum, nam ambo illa ſunt ipſummet quæſitũ. Sicque ſi acquireretur ſcientia per ipſa ambo, acquiſitio ſciẽtiæ quæſiti eſſet abſurda. Sicq; non relinquitur, niſi quod acquiratur ſciã queſiti per rem tertiã, qui medius terminus vocatur: ſed niſi terminus medius ſit connexus vtriq; duorum extremorũ quæſiti, non faceret penitus acquirere ſcientiam: nam inter quælibet duo, inter quæ non eſt L connexio, non eſt impreſſio, neque conſecutio. Hoc autem eſt, vt eſt ipſe calor, ſicut relatũ eſt in libro Peri geneſeos: ſicq; oportet ergo neceſſario quod inter terminum medium, & inter vtrunq; extremum quæſiti ſit quædam connexionũ dictarum in libro Poſteriorum, vt proueniat ex termino medio ipſorum ſcientia ad ipſum quæſitum: & dum connexus fuerit medius terminus duobus extremis quæſiti, eueniret ſcientia in actu: nam quæſitum eſt notum in potentia, & terminus medius reddit ipſum notum in actu. Oportet M itaq; neceſſario, quod ſcientia, quã confert terminus medius ipſi quæſito, inſit termino medio in actu: nã id, quod eſt in potentia, non educit ipſum in actũ, niſi id quod ẽ in actu. ſicut eſt calor, qui eſt in ipſo ferro in potentia, educit ipſum in actum calor, qui eſt in actu ſuæ ſpẽi. Hoc autem iam demonſtratione oſtenſum eſt in ſcientia Phyſica, & alibi: ſicq; relinquimus ipſum. Præterea dum fuerit quæſitum ignotum in actu, oportet quod terminus medius ſit notius

A notius in actu: nam verum non cognoscitur nisi per verum quale ipsum. Sicq; iam ostensum est, ꝙ terminus medius expediat, ꝙ sit notus in actu, & ꝙ species eius scientiæ sit species scientiæ ipsius quæsiti. Species autem sciētię quæsiti est species scientię ipsius esse: hoc est ipsius qa, aut species scientiæ causæ est esse simul, id est propter quid, & quia simul: & hæ eædē species sunt species scientiæ per terminum medium, ex parte qua est terminus medius, & hoc. nam dum inest extremo minori, & ei inest extremū maius in actu,
B aut in potentia: & cum hoc non fuerit penitus causa, id esset secundum sciētiam quia solum: nam de eo scitur ꝙ insit minori solum, & ꝙ ei insit maius: & ideo quæsitum facit ipsum adipisci notitiam, ꝙ maius suorum extremorū insit minori, prout relatum est in libro Priorum in prima figura, quæ est per se nota: dum vero fuerit causa inessendi minori, & maiori, & inessendi maius minori, modus eius sciētię est modus sciētiæ per causam, id est propter quid: nam id quod de illo scitur, est ꝙ sit
C causa solum. Dum vero consideramus ipsum inesse minori, & ipsum inesse maiori, vt inde acquirat sciētia ipsius esse, & cum hoc ponit causa intentionis, vt inde subintret sciētia causæ, ille est modus scientiæ ſm esse, & causam simul: nam id, quod scitur, est quod dicitur de duob⁹ extremis, & ꝙ sit causa. Sicq; inducemus necessario huius rei ostensionem per ipsum. Sicq; iam videtur ꝙ modus scientiæ est per terminum medium, & quod adipiscitur in sciētia quæsiti scibilis in potentia, fit per terminum medium, quod est scitum in actu. Dum autem id, quod adipi- D
scitur per ipsum in scientia quæsiti, fuerit secundum perfectionem, illud erit agens. Regula autem eius probationis est instrumētum: nam omne instrumentum perfectum, vel agens, est agens, & regulans suū operatum: nam circino, gratia exēpli, fit circulus, & per illum comprobatur ipse: & caligarius agit caligas, & comprobat eas. Perfectum autē agens est, quod largitur perfectum finem quæsitum ab eo. Et medius terminus largitur perfectum finem intentum quæsiti ab eo: & est illius scientia in actu. Ipse itaq; agit quā- E
libet rem: iccirco terminus medius est, quo discernuntur demonstrationes per eam sciētiam, quam adipisci faciunt de cōclusionibus, quæ sunt ipsum quæsitum: & si cuperes ostendere, quod in hoc tractatu dictum est de ipsis præmissis demonstratiuis, quarum quędam sunt notæ per demonstrationem propriam, aut per demonstrationem alterius cognitionis, & per experimentum quo adipiscuntur prima principia experta, & composueris ex illis demonstrationem, sic fit hoc educta F
à termino medio scientia quæsiti à potentia in actum, expedit ꝙ termino medio insit in actu species scientiæ, quam educit in ipsum quæsitū: id autem, cui expedit inesse speciem scientiæ, quam educit in quæsitum, est id, ad quod redit cognitio quæsiti: est itaq; terminus, in quem fit reditus in cognitionem quæsiti. Iterum id, in quod redit ipsa res, redit in ipsum secundum quòd est agens & regula: in terminum autem medium fit reditus, secundum quòd est agens, & regula: prout iam demon-

G monstratum est in præmissis. Si autem cuperes eius præmissas & compositionem, sic fit medius terminus agens perfectum, prout præmissum est: & omne agens perfectum est agens & regula, prout eius experimento directum est: terminus itaque medius est agens & regula: hoc autem confirmantur & cadunt, & reprobantur cæteræ regulæ. Sicque nunc reassumemus pro conformitate sermonis ipsius Abunazar cum hoc, qui construitur ex his sermonibus: & dicamus quòd notitia inessendi prædicatum ipsi subiecto, id
H est, quia, sit vna indiuisa. Sciētia vero causæ, hoc est propter quid, diuiditur in scientiam causæ essendi ipsum subiectum, & in scientiam causæ inessendi prædicatum ipsi subiecto, & in scientiam essendi prædicatum & subiectum simul, prout retulit Abunazar in libro elementorum: sed ipse non meminit de scientia causæ essendi prædicatum & subiectum simul, & non est aliquis arguens hoc. Quælibet autem causa est materia, aut forma, aut agens, aut finis: prout meminit
I ī hoc libro. Sicut si acciperemus medium terminum inter hominem & animal per scientiam causæ ex materia, vt compositum ex vltimis miscibilib⁹, aut ex forma: & est sua cogitatione rationale, aut ex agente: & est quem genuit homo: vel ex fine: & ē quē magis decet vt remaneat beatus post mortem, & vnaquęque harum est pars definitionis: nā definitio componitur ex vnaquaque quatuor causarum, prout meminit in hoc libro: sicut dicimus quòd homo sit corpus compositum ex vltimis miscibilibus: aut ꝙ sit animal rationale sua cogitatione: vel ꝙ sit K
corpus genitum, quod generat homo: vel ꝙ sit corpus decētius, vt moriatur, & remaneat beatus post mortem: omnes definitiones, & si componantur ex reliquis causis, currunt cursu formarum. Definitiones autem sunt præstantiora prædicata, ad quæ declinant omnes causæ. Sicq; medij termini demonstrationum causarum, hoc est propter quid, aut sunt definitiones, vel partes definitionum duorum extremorum ipsius syllogismi, aut alterius ipsorū: aut habent communitatem cū definitionibus amborum aliquo modo: & est sermo corruptus apud il- L
lum, qui intelligit partem veritatis. Patet itaque nunc, quo modo ordinetur sermo, vt educatur in demonstrationes causarum, quarum medij termini sunt causę, & conformatur illi quod primo ostendimus. Et totum hoc, quod videtur ex hoc, est sermo Abunazar ad literam. Expositionē vero demonstrationis Abunazar absoluit, & dixit, ꝙ eius sint duæ species, quarum vna est, qua cōcluditur posterius de posteriori: dū fuerit vnus gradus posterioritatis ip- M
sorum successus ad medium terminum: & iam ostendit Abunazar de hac secunda specie, ꝙ eius terminus medius neutrius extremorū sit causa: dum dixit, dum fuerit vnus gradus posterioritatis ipsorum successus ad medium terminum. Et in prima specie ostendit, quòd terminus medius essendi sit etiam causa maioris extremi: quòd vero cum hoc non sit causa minoris, est eius demonstratio quædam, quę ostenditur ex eius dicto, ꝙ medij termini demonstrationum cau-

A causarum, id est propter quid sint definitiones, aut partes definitionum duorum extremorum, aut alterius ipsorum. Sicq; dum dicit, aut alterius ipsorũ, aufertur q̃ medius terminus demonstrationis quia, sit causa minoris. Demonstratio ergo quia est, cuius medius terminus penitus nõ est causa, ꝓut prius ostendimus. Demonstratio vero essendi & causæ, hoc est quia & propter q̃d simul, est ipsamet demonstratio ꝑꝑ quid: sed dicitur dem̃ratio ꝑꝑ quid tm̃ in vna comparatione. Sicq; dũ sciuerimus ipsum esse, & inquisiuerimus scientiam, fit demonstratio,
B quæ facit nos acquirere sciãm causæ in comparatione eiusdem demõstrationis propter quid & quia simul: quia facit adipisci inesse prædicatum ipsi subiecto per connexionem medij termini duobus eius extremis affirmatiuæ, prout diximus, & facit adipisci sciãm causæ, sicut terminus medius est causa: sed ex quo fecit ipsum inde adipisci, illa est scientia causæ, id est propter q̃d solum: est ergo demõstratio causæ, id est propter quid in comparatione ad nos: & sic est omnis demon-
C stratio propter quid solum in comparatione ad nos: in sui vero comparatione oĩs demonstratio causæ, id est propter quid, est demonstratio essendi, hoc est dem̃rõ quia: nã quęcunque demõstratio, cuius medius terminus connectitur ambobus eius extremis affirmatiue, facit adipisci ipsum esse. Dũ vero inquirimus scientiam causę & esse simul, demonstratio quæ facit nos acquirere ambas res fit demõstratio causæ, & esse simul in comparatione sui, & in comparatione ad nos: & non est differẽtia inter demonstrationem causæ, id est propter quid

D & illam, nisi in cõparatione ad nos tm̃. Et satis fuit ipsi Abunazar commemoratio demonstrationum ꝓpter quid, & demõstrationum quia, & reliquit commemorationem demonstrationum propter quid, & quia simul. Et fuit quidem satis illi commemoratio demonstrationum propter quid, ex quo non est differentia inter vtrasque, nisi in comparatione ad nos, & in relatione ad nos, prout ostendimus. Ex quo autem demonstratio quia, & propter quid similis est, quæ facit adipisci
E ambas res simul, & medius terminus demonstrationis propter quid est causa minoris, & maioris, & inessendi maius minori, hinc est demonstratio causæ & esse simul quæ facit adipisci ipsum esse, & vnam harum causarum, quælibet ipsarum fuerit: nam ex quo maius extremum est præstantius vtrisque partibus quæsiti, cum sit quæsitum secundum veritatem, & ipsa oratio vocatur quęsitum, propterea scientia huius partis est præstantior, quàm scientia alterius partis, &
F ideo demonstratio, quæ facit adipisci esse & causam, quando eius medius terminus est causa maioris est prior & verior nomine demonstrationis esse & causæ simpliciter, & est dignior nominis demonstrationis simpliciter. Sicque demonstratio ipsius esse, & causæ simpliciter, est, cuius medius terminus est causa maioris extremi. Si autem minus fuerit præter illud, est demonstratio eius esse, & est demonstratio simpliciter infra primam secundum gradum im-

G impositionis nominis: & ideo dicit Abunazar, ex quo vna conditionū institutarum ad demonstrationem simpliciter est, quòd medius terminus sit prior maiori eo modo, quo causa rei est prior ipsa re, hoc est, de demonstratione, quę est prior & verior, vt dicatur demonstratio simpliciter: & aliquando fit causa ipsius esse, & causæ secundum comparationem eius, & comparationem nostram: dum hoc contigerit nobis circa illam. Dum vero nos voluerimus scire scientiam inessendi prædicatum ipsi subiecto, accipimus ali-
H quam rem terminum medium, & contingit nobis circa hanc, quòd sit causa: accidit itaq; nobis esse & causa, quod si accidit nobis secundum primam intentionem, fit per illam scientia ipsius esse, hoc est, scientia. Scientia vero causæ fit, dum accidit nobis secundum intentionem secūdam, & ex secundo syllogismo, & contigit quòd circa hoc compositus sit primus syllogismus. Hæc itaque est summa eorum, quę videntur nobis de regulis trium demonstrationum. Rerum autem regula & directio gloriosi Dei est.
I

QVAESITVM II.

Castigatio quartæ speciei secundi generis congerierum demonstrationum ipsius Alpharabij.

FOrtasse notificatur tibi quòd error sit circa quartam speciem secundi generis congerierum ipsius Abunazar, quasi esset demonstratio causæ, seu propter quid: sed est demonstratio quia, nam medius eius terminus est posterior vtrisque extremis. Crediderunt autem hoc, K quia errauerunt, & dixerunt quòd proprium generis æqualis est prius specie, & adiacens generi cum esse speciei. Hoc autem est absurdum: nam proprium generis, siue æquale, siue inæquale, quod non constituit speciem, est accidens ipsius, & reliquarum specierum eius, & posterius eo, & reliquis suis speciebus: nam est primo posterius genere, & eius speciebus secundo. Huius autem indicium est: nam pars substantię non est nisi substantia, ac etiam, quia natura speciei est magis prior L natura generis, quàm natura proprij ipsius generis: quia natura generis non prouenit, nisi cum natura ipsius speciei: sicut non prouenit natura speciei, nisi cum natura generis: nam ambæ sunt ad aliquid, & proprium consequitur naturam prouenientem: & ideo etiam secum consequitur natura, quæ consequitur ipsum. Dum autem natura generis prouenit cum specie, sicut prouenit natura speciei cū genere, oportet qꝫ propriū cōsequatur ambas naturas, & naturā generis, & nām spēi. Sicq; firma tuam considerationem hic, & euades ab errore multorum M locorum. Sicq; expliciunt Quæsita logica, ad laudē gloriosi Dei, cuius sapientiæ radius nos eripiat ab omni proplexione erroris. Amen.

Duorum Quæsitorū Abualkasim mahmat Ben Kasam finis.

Diuer-

DIVERSORVM Arabum Epistolæ.

ABVHABAD ADHAdrahman ben iohar.

EPISTOLA PRIMA.

De negatiua de necessario, & negatiua possibili.

Etisti à me, Deus te adiuuet: de negatiua de necessario, & negatiua poss᷑, an sit vna secundum hanc dispositionem, aut diuersa. Dico ꝙ dispositio negatiuæ de necessario, & negatiuæ necessariæ, est, ꝙ quando negatiua necessaria fuerit vera, infertur necessariò veritas negatiuæ de necessario, quia cum dicto nostro A non est de aliqua re ipsius C necessario, verificatur omnino, quòd A non est necessario de aliqua re ipsius C, quia si hæc fuerit falsa, verificatur necessario ꝙ A est necessario de aliqua re ipsius C, ex quo illa, ꝙ A necessario non est de aliqua re ipsius C, est falsa, cùm illæ duæ sint contradictoriæ. Sicque, quando negatiua necessaria fuerit vera, verificatur omnino negatiua de necessario. Hoc autem non conuertitur vt dicamus ꝙ quando fuerit vera de necessario, sine dubio verificetur negatiua necessaria: quia verum est, album non est necessario de aliqua re ipsius plantæ, & non verificatur secum, album necessario non est de aliqua re ipsius plantę. Dispositio vero negatiuæ de possibili, & negatiuæ possibilis est ecõtrario huius: quia quando altera illarum fuerit vera, altera est falsa necessario, quia qñ verificatur dictum nostrũ Zayadh possibile est ꝙ non ambulet, falsificatur secum necessario Zayadh non est possibile quòd non ambulet. Et ideo quando hoc verificatur, hoc falsificatur. Huius autem causa est, quia affirmatiuę possibilis & negatiuæ possibilis vtriusque veritas infertur ex veritate alterutrius: quia dictum nostrum, Zayadh possibile est quòd non ambulet in mane, infertur ex dicto nostro, Zayadh possibile est quòd ambulet in mane. Manifestum autem est quòd negatiua ipsius possibilis, quando falsificatur, falsificatur & eius affirmatiua: quia falsificatur dictum nostrum, Zayadh non est possibile quòd ambulet, & cum huius falsitate falsificatur eius affirmatiua. Quando vero verificatur negatiua necessaria, falsificatur ipsius affirmatiua, & econuerso: propterea secernitur inde.

Deus autem nos dirigat ad id, quod conueniens fuerit. Amen.

Eiusdem

EIVSDEM ABVHABAD ADHADRAHMAN BEN IOHAR.

EPISTOLA SECVNDA.

De termino medio, quando fuerit causa maioris, an imaginabile sit secundum aliquem locum non esse causam minoris.

PEtijsti, Deus te adiuuet, de ipso termino medio, quando fuerit causa maioris termini, an imaginetur secundum aliquem locorum eundem non esse causam illius esse in minori, adeo quòd ad inesse maioris ipsi minori indigeamus aliqua causa. Responsio est, quòd, quãdo interrogatio sumeretur simpliciter, hoc quod imaginatur & reperitur, esset medius causa maioris, & non est penitus causa inessendi maiorem ipsi minori, nisi secundum cognitionem solum: qa quæsitorum, & (vt vniuersalius inquam) ipsarum propositionum est, quòd iam insit maior illarum, & quòd verificetur suum prædicatum suo subiecto, secundum veritatem prædicari de illo subiecto. exempli gratia, sit quæsitum, an risibile & Geometra sit homo: & dicamus, omne risibile, vel Geometra est animal rationale, & omne animal rationale est homo, igitur omne risibile, vel Geometra est homo. Sicque vtraque harum præmissarum est vera & conclusio similiter: homo autem non est vere prædicatum de ipso risibili, aut Geometra, immo res est econuerso: quia risibile & Geometra inest homini, qui de illo prædicatur: & hanc prædicationem dicunt prædicationem præter naturalem consuetudinem: & ideo medius terminus in hoc, & in consimilibus est causa ipsius maioris, & non est causa essendi maiorem in minori, cùm prædicatio maioris de minori in affirmatione sit vera prædicatio: sicque in talibus non imaginatur, quòd prædicatio sit causa essendi maiorem in minori, non causa maioris solum. Et dixit Aristoteles, nec voco omnem prædicationem præter naturalem consuetudinem prædicationem omnino, & si forte illam sic nominamus, vocamus eam prædicationem secundum accidens. Et Themistius posuit has demonstrationes inter demonstrationes causæ solum. Et Alpharabius exposuit hoc in hoc loco. Et ego exposui hoc sufficienti expositione in meo tractatu de combinationibus demonstratiuis. Et similiter dico, si quæsiti prædicatum non fuerit essentiale prædicatum ipsius subiecti, neque suum subiectum essentiale suo prædicato, sicut si quæsitum esset, an omne sedens sit disciplinabile: & dicamus, omne sedens est homo; & omnis homo est disciplinabilis: sicq; omne sedens est disciplinabile. Hæ itaque tres propositiones sunt veræ, ex quo iam declaratum est in scientia Naturali, quòd sedere sit homini proprium, sicut est ei ipsa disciplinabilitas, sed non omne sedens est per se disciplinabile, ex quo non omne sedens est disci-

A diſciplinabile, cum ſedere ſit homini propter eius naturam, & eius diſciplinabilitas eſt propter eius rationabilitatem: medius autem terminus huius ſyllogiſmi eſt cauſa maioris, ex quo homo eſt cauſa diſciplinabilitatis, quia eſt pars eius diffinitionis: & ſimiliter eſt conſuetudinis prædicamentorum, quę mutuo prędicantur prędicatione accidentali: ſicut eſt noſtrum prędicare Geometram de ipſo Medico, vel ſutore, aut tripudio vtentibus. Deus autem nos dirigat ad id quod decens eſt. Amen. D

Quæſitorum, ac Epiſtolarum diuerſorum Arabum finis.

Averroe